

P. Terẽtius

POETA COMICVS
IN SVA METRA
RESTITVTVS.

B.3

Cũ elucubratiunculis Petri Marsi
& adnotationibus marginarijs
Pauli Malleoli adornatus.

Anno dñi. M.D.XIII.



BENEDICTI PHILOLOGI FLORENTINI præfatio super P. Terentij comœdijs: ad Petrum Crinitum.

Quantū laboris atq; diligentiæ posuerim in recognoscendis: & in metra legitima restituendis Terentij fabulis: & si permulti quidē sunt qui hoc ipsum testari facile possunt: tu tamen, p iudicio tuo singulariq; eruditione in omni antiquitate exploranda: exactissimus cēsor futurus es. Quo noīe visum mihi est dicare tibīpsi has nostras elucubratas vigilias. Neq; te præterit quantū etiā in hac parte manibus angeli Politiani debeatur: qui primus (vt homo accuratissimus in perueſtigādis veterum monumētis) hasce Terentij fabulas emēdare aggressus est: & in suos numeros aptissime referre: collatis ac perlectis vetustis exēplaribus. Ego autem spero me consecutum hac nostra diligentia: vt ipse quoq; author Terentius magnopere lætetur tali recognitione. Simulq; existimet se ereptū per labores nostros ab iniuria imperitorum. Qui eum scriptorē (abnegatis in eius comœdijs metris) fœde atq; improbe deprauarunt: qui merito habet omniū eruditor cōsensu latini sermonis author & antiquæ elegantiæ princeps. Adiecimus his fabulis nōnulla Hephestionis: Terentiani: Donati: Rufini: Diomedis & Prisciani de comœdia & metris comicis scitu necessaria: quo facilius omnis ratio colligeretur in obseruandis atq; percipiendis fabulis: & his versibus qui apud veteres comicos cōperiuntur. Illud quoq; minime prætereundū est: q; ea fabularū argumenta quæ sub nomine Terentij vulgo leguntur: ad Sulpitiū Apollinarē retulimus: qui temporibus Hadriani principis inter nobiliores grāmaticos Romæ excelluisse traditur. Quod ipsum effeci adductus vetustate codicum: qui cum alibi tum venetijs habentur. Sed hæc satis pro tempore. Tu interim mi Crinite habe tibi has Terentij comœdias: nostra opera & studio diligentissime emendatas: perpetuum quidem testimoniū nostræ erga te beneuolentię. Easq; velim reponas in tua illa nobili atq; instructissima bibliotheca: omniū authorū atq; bonarū disciplinarum referta. Valę: & maiora (cum licebit) a nobis expectato.

108 a 1958

14144



Comœdia est poematis notum genus: in quo humiles fere personæ introducunt: & si antiqua comœdia grandis & elegans & venusta erat. Vel Comœdia est priuatæ ciuilisq; fortunæ/sine vitæ periculo cõprehẽsio: Vel est speculũ cõsuetudinis/imitatio vitæ/imago veritatis. Dicta vel apo tis comis/hoc est a vitijs: vt apo tu comu/hoc est a cõmessatione: aut q̃ somni tempore (id em̃ coma significat) canentes diuitum iniurias memorarent.

De comœdiarũ: satyrarũ ac tragœdiarũ serie & principio:

¶ Alienũ nõ erit/neq; præter animi nostri sententiã: comœdiarũ satyrarũq; atq; tragœdiarũ seriẽ & principiũ breuiter referre. Olim sedatis ac cõpositis bellorũ insultibus: Athenienses cũ ad vitã pacatiorẽ se transtulissent/domesticæ tunc in pauperes insurrexerunt iniuriæ. Ex agro igit̃ Athenienses rustici sæpius a diuitibus iniuria affecti/sese in vrbem receperũt. Sed cũ interdiu querendo suis incõmodis auxiliũ præstare nõ possent: noctu vicos vrbis oẽs obeundo/cunctis silẽtibus/ciues nominatim cõpellabãt: & quas paterent̃ aperiebant diuitũ iniurias: necnõ impia facta ac dicta ꝓpalabant. Hæc cũ sæpe vicini audissent qd̃ noctu acceperãt/postridie inter se inuicem colloquebant̃. Inde nõ mediocri erat vitio quib⁹ eiusmodi obijciebat̃ cõtumelia. Vnde opportunũ fuit multis in vrbe potẽtib⁹: vt suis ĩ agricolas iniurijs modũ inuenirẽt: sibiq; ab inferẽdis cõtumelijs moderarent̃. Videntes igit̃ ciues hoc esse vtile ciuitati iniuriæ amuletũ/iusserũt cõtumelijs ꝓuocatos ĩ theatrũ ꝓdire: & q̃ noctu ꝓclamassent audaciori ánio referre. Deinde qm̃ talis lusus nõ sine grauitate placuit/sanciuit ppl's Athenięsis: vt q̃ ingenio pstarẽt/de eiusmodi reb⁹ carmina cõponerẽt: atq; libere & impune aduersum omne hoim genus loq̃rent̃. Primus Susarion versibus iambicis comœdiã edidisse phibet̃: cuius sane poemata exciderũt. Hinc sumpto comœdiarũ exordio/ad hęc pscribẽda numerosa paulatim aucta cõfluxit multitudo: q̃ flagitiosos hoies a tetris deterrebat facinoribus. Sed non multo post erupta emersaq; hoim iniquitate/factiosis atq; tyrannis in vrbe cõualescentibus/diuites & publicis honoribus honestati in comœdijs notari quenq; nisi humilẽ: aut si modo sinerent/opibus insignẽ exterũ/nõ ciuẽ vetuerũt. At mox largius profusa vitiorũ licentia non solũ nominatim/sed ne ænigmate & occultis versibus scribi poemata voluerũt. Vnde poetæ aut in diuites exteros/aut in pauperes omnes licenter sua pro libidine loquebant̃.

De triplici comœdiarum differentia.

¶ Vna siquidẽ comœdia antiqua est: quæ prima palam omnes incessabat. Media vero per ænigmata. Noua: quæ in exteros aut seruos aut pauperes inuehebat̃. Artifex priscæ comœdiæ & poeta insignis fuit Aristophanes/Eupolis & Cratinus. Mediæ vero Plato/nõ ille philosophus: & Pherecrates Tertiæ aũt Menander/Philemon & Philistion. Cæterum primam comœdiam ad Eupolidem vsq; quidã asserunt peruenisse: quẽ ob Baptas in Alci

biadem summũ Atheniensium imperatorẽ per strictas comprehensum/ & sublimem raptũ in pelagus p̃cipitare militibus suis mandauit Alcibiades. Vñ quidã referũt ipsum diu inter fluctus naufragũ euasisse. Sed postea rei publicę edicto Alcibiades edixit: ne q̃s Atheniẽsem in comœdia incesseret. Tũcq; Eupolidẽ/Cratinũ/Pherecratẽ/Platonẽ atq; Aristophanẽ icos q̃sdã inuolutos ĩ quẽuis ptẽtasse. Idq; secũdũ comœdiaꝝ gen⁹ appellatũ. Qd̃ tã diu viguit/ q̃ad ne obscure quidẽ pstringi ciuẽ voluere. Nã post ĩ humiles & extremę sortis hoĩes/aut in cuiuscũq; generis exteros cõuersi sunt. Quod sane tertiũ comœdię genus fuit/a Menãdro & Philemone celebratũ: q oẽm comœdię acerbitatẽ mitigauerũt. A quibus Romanos suas fabulas transtulisse perhibet̃. Apud quos primus Liuius Andronicus latino sermone comœdiã scripsit exctto ex Hetruria ludione: qui hyster vocabatur: a quo hystrionis nomen emanauit.

De proprietate.

¶ Comœdiæ propriũ fuisse scribunt quidã/vigintiq̃ttuor adhibere saltatores/& quadratũ chorũ: p̃terea cõuitia dicacesq; sermones cõtinere. Illud q̃q; minime p̃tereundũ/ q̃ Comici/Satyrici & Tragici oẽs vno nomĩe Comici appellati sunt: qm̃ ex vicis in vrbẽ eruperint/q his dedere principiũ. Exin distributa scribẽtiũ ratio est: vt Comici seruos & humiles/Satyrici rusticos Tragici diuites & reges describerẽt. Ac sicut Comœdia a vicis aut a somno dicta/Tragœdia ab hirco aut a fęce: ita Satyra a Satyris/hoc est rusticis illotis & petulantibus est appellata: vel a Satyra lance/q̃ referta varijs multisq; primitijs in sacris inferebat̃. Notandũ illud/q̃ in comœdia amores fere & virginũ raptus: in tragœdia luctus/exilia/cędes introdunt̃. In comœdia pene semper exitus læti: in tragœdiæ tristes/& liberoꝝ fortunarumq; priorũ impar agnitio.

De genere.

¶ Duplex est Comœdię genus. Nam Comœdiaꝝ alia palliata/ togata alia. Palliata comœdia est q̃ scd̃m ritus & habitus palliatoꝝ. i. græcoꝝ (nã Græci supra tunicã palliũ ferebant) scęnicis atq; gręcis argumentis habitũ palliorũ desiderat. Quę primũ a græcis in latinũ versa est a Liuio Andronico: quẽ multi deinde sunt secuti: Cecilius scilicet/Plautus/Terẽtius/Turpilius/Trabea: & plures alij. Palliatarũ fabularũ genera q̃ttuor existũt. Tragicum in q̃ heroes & reges introducebant̃. Comicũ gręcos ritus & græcas exprimebat psonas. In satyrico vero satyroꝝ psonæ & ridiculæ satyris similes/ludendi iocandiq; causa inducunt̃: vt spectator inter res tragicas seriasq; iocis & lusib⁹ delectaret̃. Mimica vero fabula est sermonis cuiuslibet mot⁹ sine reuerẽta. ¶ Togata comœdia est: q̃ scd̃m ritus & habitus togatoꝝ. i. Romanoꝝ scripta est: scænicis atq; latinis argumẽtis togaꝝ habitũ exprimẽs. Togataꝝ fabulaꝝ species sunt q̃ttuor. Nã aliæ p̃textatę: in quib⁹ imparoꝝ negocia agebant̃. Dictæ a p̃texta: qua reges vel magistratus Rome vtebant̃ Tabernariæ humilitate psonaꝝ & argumẽtoꝝ similitudine comœdijs pares dicunt̃: in quibus nõ magistratus regesq;/sed humiles hoĩes & priuatæ do-

mus inducunt: quæ ꝙ olim tabulis tegerent/ cõmuniter tabernariæ vocatę sunt. Attellanæ a ciuitate Oscorũ Atella: in qua primũ cœperũt/ sunt denominatæ: sifes satyricis & græcis fabulis. Planipedes Græci dicunt Mimi. Ideo a latinis planipedes/ ꝙ actores planis pedibus. i. nudis proscæniũ introirẽt: nõ vt Tragici actores/ cũ cothurnis: neꝙ vt Comici/ cũ soccis olim in suggestu scenę: sed ĩ plano Orchestrę positis ĩstrumẽtis mimicis agita bãt.

De qualitate.

¶ Comœdia aut motoria est. i. quæ res turbulẽtas inducit/ vt Amphitryo. Aut stataria/ hoc est q̃ res cõtinet quietiores: vt Cistellaria/ Heuautontimorumenos. Aut mixta: quæ ex vtroꝙ astu consistit: vt Andria/ Eunuchus/ Adelpi/ Ecyra & Phormio.

De appellatione.

¶ Cæterũ comœdia aut ab alicuius nomine personę appellationẽ sumit: vt Phormio. Aut a loco: vt Andria. Aut a facto: vt Asinaria/ Eunuchus. Aut ab euentu: vt Heautontimorumenos & Cõmorientes.

De membris.

¶ Tria sunt comœdiarũ mẽbra. Diuerbiũ/ canticũ/ chorus. Diuerbia sunt partes comœdiarũ/ in quib⁹ diuersorũ psone versant. Personæ aũt diuerborũ aut duæ/ aut tres/ aut raro q̃ttuor esse debẽt: vltra augere numerũ nõ licet. In canticis vnã tm̃ esse oportet psonã. Aut si duæ fuerint: ita debẽt esse/ vt ex occulto vna audiat: nec loquat/ sed secũ (si opus fuerit) verba faciat: & hoc Monodiũ appellat. In choris vero numerus psonarũ diffinitus nõ est: quippe ꝙ iunctim oẽs loq debẽt/ q̃si voce cõfusa/ & cõcentũ in vnã psonã reformãtes. Sciendũ latinas comœdias chorũ nõ habere: sed duob⁹ tm̃ mẽbris cõstant: diuerbio. s. & cantico. Nõ est & hoc ptereundũ: ꝙ primus (authore Aristotele) qui psonas in scænã ꝓduxerit/ logos cõfinxerit/ & ꝓ hystriones fabulas repsentauerit ignorat. Cæterũ fabulas prim⁹ cõfinxit Epicarmus & Phormis. Nã ex Sicilia in Græciã ait aduectas apud Athenienses. Porro Crates primus iambici specie orationes ac fabulas scripsit.

De partibus.

¶ Dionysius/ Crates cognomẽto mallotes ꝓdiderũt comœdiæ partes q̃tuor esse: Prologũ/ chorimelos/ episodiũ & exodũ. Prologus ad ingressum vsq; chori est. At quæ cum ingressu chori locutio/ chori melos appellatur. Episodium porro est melos inter cantus/ & chororũ binorum locutiones. Exodus est ad chori finem locutio.

De ludis scænicis.

¶ Ludi sunt cærimoniæ ab ædilibus curulibus munere publico institutę: in quibus vt plurimũ comœdiæ recitabant. Quor̃ quattuor maxime genera celebrabant. Megalenses magnis dijs cõsecrati. Funebres ad retinendũ populũ instituti: dũ põpa funeri decreta/ in honorẽ patritij viri plene instruit. Plebei pro salute plebis instituti sunt. Apollinares Apollini consecrati.

De Aris.

¶ Aræ duæ erant in scæna dijs dedicatę: dextra scilicet & sinistra. Dextra Li

& ꝑ resolutionē vtriusq;/ꝓceleusmaticū. Ita vt recipiat in his sedib⁹ iambū/ tribrachū/spondeū/anapęstū/dactilū & ꝓceleuīmaticū. In pari aūt: hoc est/ secūda/q̄rta/sexta: vel si lōgius euagat̄/octaua & decima: iambū/tribrachū & anapestū. In fine vero ꝓpter vltimā indifferentē syllabā/etiā pyrrhichiū. Sciendū & illud: qñ metrū acatalecticon est/in fine iambū excipere solū aut pyrrhichiū: qñ aūt catalecticū/iambū in penultima regiōe/aut ꝑraro tribrachū. Cęterū Plautus/Ennius/Accius/Terentius/Neuius/Pacuuius/Turpilius/Afranius/& reliqui tā comici q̄ꝫ tragici veteres: ita iambico vsi sunt vt in omnib⁹ locis indifferēter locauerint quinq̄ꝫ pedes: iambū. s. tribrachū anapęstū/dactylū & spondeū. absq; postremo loco: in q̊ prorsus vel iābū vel pyrrhichiū posuisse inuenit̄. Erit aūt ꝓbabilis iambicus versus/aptusq; tragœdijs: si secūdū & q̄rtū pedē nō alios feceris q̄ꝫ iambos/aut eū q tribrachus aut anapęstus noīat̄: qm̄ sunt pares. Septenariū versum fieri dicit Varro: cū ad iambū q est in sexta sede/trisyllabus pes addit̄: quales sunt cretic⁹ & amphibrachus: qui etiā trimetris & tetrametris apud Terentiū freq̄nter reperiunt̄. Comici poetæ oēs fere synalœphis/epysynalœphis siue syneçesibus & collisionibus & abiectionibus s litterę sunt vsi/suos versus scandendo. Terentius aūt plus om̄ibus. Cicero q̊q̄ꝫ in. iiij. Tusculanaꝝ/ Euripidis iambos transferendo/ in locis paribus tā dactylos q̄ꝫ spōdeos ponit. Cæterū comici nostri in plærisq; ꝓlogis & primis scænis trimetris vtunt̄. Plautus aūt in prima scæna Amphitryonis tetrametris vsus est & dimetris brachicatalecticis. Et Terētius in omni ꝓlogo & prima scæna trimetris vtit̄: q qñq; habēt penultimā versus syllabā in quibusdā longā & in quibusdam breuem. Deinde lōgissimos. i. tetrametros subdiderūt: q appellant̄ q̄drati.

De generibus metri iambici.

¶ Genera iambici metri quibus vsi sunt poetæ/ plura perhibent̄. Nā ex his alia integra/alia clauda: quę Scaçonta & Coliambica vocant. Quoꝝ differentiā penultima versus syllaba demonstrabit. Nā si breuis fuerit/erit rectū & integrū iambicū: sin lōga/delumbe & claudū. Hui⁹ repertor fuit Hipponax. Nā ꝓ iambo inductis trocheis cōtra legē trimetri iambici metrū innouauit: quod Scaçon appellat̄. i. claudicans: q̄ꝫ q̄si alienis pedibus in fine maxime sustentet̄: & sic claudicet. At quia nostri comici trochaicis quandoq; vtuntur: non erit alienū aliquid de trochaico breuiter referre.

De metro Trochaico.

¶ Trochaicū in locis quidē imparibus excipit trochęū/tribrachū/iambum & dactylū: in locis aūt paribus p̄ter illos etiā spondeū & anapęstū. Cū autē catalecticū est: in penultima maxime trocheū admittit: interdū tribrachum. Cū aūt brachycatalecticū est: in penultimo loco quaterna tēpora nō recipit Hæc Hephęstion. Manlius vero Theodoricus Trochaicū inquit metrum/ q̄uis & spōdeū & anapęstū & dactylū recipiat/vt iambicū: ei tñ est cōtrariū q̄ꝫ in iambico pedes qui locis imparibus recensi sunt/in trochaico non nisi paribus licet collocari. Trocheus in hoc metro (qd̄ ex eo nomē accepit) locis omnibus poni pōt. Tribrachus locis om̄ibus/p̄ter septimū. Cæterū ab hoc metro & tribrachus & dactylus & anapæstus/nō nisi q̄ꝫ parcissime &

consultis prius auribus sunt admittendi. Quod etiam in iambico videmus obseruari. Nam tametsi omnibus imparibus eius metri locis tribrachũ anapestũ ve aut dactylũ collocãdi facultas est: rara tñ eorũ fit admixtio: nec̃ vlla/vel in iambico vel in trochaico metro/iambo aut trochęo/ c̃ cũ spõdeo aut aptior aut frequentior potest esse coniunctio. Terentius aũt trochaico mixto vel confuso cũ iambico vtitur in sermone personarũ.

¶Cæterũ nos præcipuo ac singulari amore erga studiosos adulescentulos puocati: pedes quib⁹ versus fere oẽs cõficiunt iambico & trochaico metro veluti corollariũ addidimus: ne ptermitteret qđ illis futurũ vtile videbat.

De pedibus.

¶Pes est cõpositio duarũ plurium ve syllabarũ/sub certa syllabarũ ac tẽporũ obseruatione. Dictus ꝙ eo ita incedere numeri videant: sicuti animalia pedibus gradiunt. Pes cõstat syllabis: syllabæ tẽporibus: tẽpora vero motu.

¶Pedes aut sunt duarũ syllabarũ: aut trium: aut quattuor.

Pedes qui ex duabus syllabis cõstant hi feruntur.

¶Pyrrhichius (quẽ alĩ dibrachũ: alĩ ægęona appellant) duabus cõstat breuibus: vt pater. Spondeus duabus syllabis longis/tẽporibus quattuor: vt musæ. Iambus ex breui & longa: vt dies. Trocheus (quem quidam Choreum vocant) ex longa & breui: vt musa.

De trisyllabis.

¶Dactylus triũ est syllabarũ: qui prima longa & duabus cõstat breuibus: vt sęcula. Anapestus (quẽ quidã antidactylũ nuncupant) habet duas breues/& vnã lõgam: vt domino. Tribrachus (quẽ quidã brachisyllabũ: alĩ trinocheon: nõnulli pygmæona: plærique etiã choreũ) tribus cõstat breuibus/& totidẽ tẽporibus: vt dominus. Amphibrachus (quẽ alĩ ianiũ/alĩ scoliũ vocãt) ex breui & longa & breui: vt parentẽ. Amphimachrus (quẽ alĩ fescenĩnũ dixere: alĩ creticũ) constat ex longa & breui & longa: vt nomini. Bacchius ex breui & duabus lõgis: vt amori. Palimbacchius ex duabus longis & breui: vt natura.

De quadrisyllabis.

¶Proceleusmaticus/ex q̃ttuor breuib⁹: vt anicula. Dispõdeus/ex duob⁹ spõdeis. i. q̃ttuor lõgis: vt fortunatus. Diambus ex breui & lõga/& breui & lõga: vt apollini. Ditrochęus ex lõga/breui/& breui lõga: vt fulminabunt. Antispastus ex iãbo & trochęo. i. ex breui & lõga/lõga & breui: vt amaberis. Choriamb⁹ ex lõga/duab⁹ breuib⁹ & lõga: vt dardanidę. Ionicus maior ex duabus lõgis & totidẽ breuibus: vt labentibus. Ionic⁹ minor ex duabus breuibus & duab⁹ lõgis: vt lachrimabũt. Pęon prim⁹ ex lõga & tribus breuibus: vt nobilior. Pæon secũdus ex breui & longa & duabus breuibus: vt cupidinis. Pæon tertius ex duabus breuibus/lõga & breui: vt labyrinthũ. Pæon quartus ex tribus breuibus & vna lõga: vt animitas. Epitritus primus ex breui & trib⁹ lõgis: vt amauissent. Epitritus secũdus ex longa & breui & duabus longis: vt seruiendo. Epitritus tertius ex duab⁹ lõgis/breui & longa: vt chariſſimo. Epitritus q̃rtus ex tribus lõgis & vna breui: vt cõfirmabat.

FINIS.

VOCVM ET RERVM INDEX.

A

Abeo. folio liiij.
Abligurire xxxvi
Abstemius. vij.
Ac p q̄. cxvi cxix
Actio. xij.
Accipere. lxv
Accersire xxi
Actū est xiiij liij
Actutū. cxxij
Acyrologia. xxxiiij.
Adelphi. lxxxij.
Adeo xxxiij
Adoritur. xiiij.
Adulatorꝝ officiū. xxxv
Adulescentū mores. lv
Aedepol. xv
Aequanimitas. lxxxiiij
Aequus. lxxv
Aetas adolescētū. lxxxvi
Affectant. lxiiij.
Afflictatio xxxij
Age. xx xxxij lxiiij.
Agedum. cxxxv
Alacris. xxxviij
Alienū lxvij
Amabo. xxxiiij xlj
Amator. xx xxxij.
Amantiū miserię. xxxv
Amicus. xx. cxi.
Amittere. lxxvi.
Amoris gradꝰ. xxxvij
Amor. vij xxij
Amolitur. xx.
Ambire xi
Ambitio ibidem
Andrus. vij.
Angiportus. l. lij.
Annona. xxi
Antiptosis. xlvi
Animus. xc.
Antiquus. xciij
Apparari. xix. xvi
Apagesis. xlvij
Appellasses. cxx
Appetitus lxxix
Aquila. lxix.
Archaismos. xxiiij
Ariolor. lxxxvij
Arra. lxvi lxxi
Arrabo. xx lxix.
Argumentū. ij
Asserere. lxxxviij.
Astu lij. Astus liij
Atat xlvij cxvij
Atq; p q̄. xvi.
Atq; pro vt cxxvi
Audax. l
Autores. cxij. cxvij.
Autumat lvij
Auxesis. xxxiij
B
Basis xxxij
Beneficiorꝝ cōmemoratio. xli.
Bellaria xcvi
C
Callidus xxxvij l
Caprificus xcv
Caput. cxij cxxxv
Carere. xxxv
Caria. xxxiij.
Castor xy
Cato. xxv.
Catus ibidem
Caudex. lxxvij
Caue sis. xlix
Cēsere Cēsores xxxiij
Cæsius cxxxvij
Cesso lxvi
Cesses lxxxiij
Cetarij xxxvi
Colax xxx xxxi
Comere. lxiij
Comœdia xx xxviij
Comiter. cxvi.
Cōmodū. xxxviij.
Cōmutare verba xij
Copia. xxx.
Cōclamare. xxxix
Conclaue xliij
Cōditio lxix
Condicere l
Confidens. xxiiij
Confidenter. lxxx.
Coniectare. xlij
Consobrini xxij
Constans xxxv
Constituere. lxxiij
Continens xxxv
Continentia xxviij
Contumelia. ix
Cōtumelię in abiectum. fo. lxxx
Cōtra solitudinē. xxvij
Conuersatio cum bonis fo. lxxxiij.
Cuppes. xxxvi.
Cupedia ibidem
Cupedinarij. ibidē
Cupidinis vis. xlv.
Cupiditas p creādi. lxxij
Cupiditas. xxxv. lxxij
Cliens ly
Credere. lx xcvij
Crucem cxvi
Crucibus. xxxviij
Crudelitas. v
Cura. cxiij
Curriculo lxxij
D
Da. cij
Dabo cxij
Defeciscar. cxvij
Defunctus xxx. xxxi
Defungi. cxxvi
Deierare. xxxvij. cxliij
Delibutum. cxxij.
Delirare. xxij
Dementia. vij

Demoliri. lxiij
Demum. xix
Derepente cxxxvi
Despicatus. xxxvij
Detrimentū lxvij
Diaporesis lv
Diecula xx
Differre xij
Dilapidet cxxiij
Dionysia lx
Diphilus. lxxxiij
Dis xcix
Disciplinæ. xxxvi
Dispicere. xvij
Diuersorium xlv
Diuerticulum ibidem
Dixi. cxiij. cxli.
Dolor. ix
Dolus malus. xlij.
Dominor; disciplina er ga seruos. lxx
Donachū. Donax. l
Drachma. xij
Dudum xlvij. cxij

E

Ebrietas vij xlvij
Ebrius lxxx
Eductos xxv
Educatio puerorū lxxvij
Ego. xvij cxli
Eho. xxvi. xxxvij
Eia. lvi
Eiulare v
Elegans. xl lxxxij.
Ellum xxiij
Emulatio xlv
Emungo. cxix
Epexegesis lxxxiij
Ephebus ij
Ephebi. iij
Esse xxxv
Ex animo cij
Exanimatus v cxxxvi
Excessit cxxv
Exossabitur. xcij
Exponere lxxi
Expostulare xvij

F

Fabrica lxix
Fama. xxvij
Familia lxxvij
Fartores xxxv
Fatuus. lvi
Faustum. xxvij.
Faxo. xlvi
Fœmina. lxxij
Feruere xlj
Fidentia. xxiij
Fidens ibidē.
Eides xij xix
Filiꝰ q̄d debeat pri. xij
Fors fortuna cxxij
Fortuna xvij
Fortis l
Funambuli cxxvij
Funus v
Furcifer xvij
Futilis. ibidem
Flere v. Frugi xliij
Frigere. xlj
Frugalior lxxij

G

Gannire xcv
Ganymedes. xliij
Gemere. v
Gerro. lxxxi.
Gestire xlij
Gynæcium cxxij
Glaucum. lxxxij
Glaucopis lxxxi
Grex. xci

H

Habitus lxxxvi
Heu. Hei. lxij
Helluo lxxxi
Hercules xv
Hymenæus. cij
Honestus. xli
Humanitas. xvi

I

Iactabundi xl
Impense ibidem
Impendio xliij
Improbus lxxxi
Importunus. lxi
Impluuiū xliij
Indulgere lxxix
Industria xxij
Inficias ibit. xci
Ingluuies. lij
Inire. xxij
Iniuria. lxxxvij
In loco. lxix.
Insania. vij
Inscitia. lvi
Insigne liij
Insolens xxv
Instare xvij. xlv
Institutio. lxxxvi
Insulsus lvi
Inscitum. cxliij
Intercipit xxxi
Intrimentum lxvij
Inuolare xlvi
Ira ix
Iudicis q̄litas lxxvij
Iuuenū lex. lxxxvij

L

Labascit xxxij. lxxxvij
Labes. Labefactare. xlj
Lacio. Lacto. xix
Lautus lxxv. cxxv
Libertas lxv
Libido x. cxx cxxxij
Ligurire xxxvi lj
Limus. xliij
Logi. cxv
Ludibrium. xv.
Luxuria. v xxi xliij

M

Macellum. xxxv
Macrologia. lxxxvij.
Male audire. cxij. cxx
Maledictio. ij
Maleuolentia. ij
Malum lxxij
Mancipia xxxvi. cxv
Manumissus. lxxxvij
Mansum lxij
Mansuetudo lxxxv.
Matrū amor in suos filios. lxxij
Mediocritas. lxvij.
Mendax. xvij
Metalepticos. xlix.
Metonomia. xlvij
Meretricū mos. xli. & fo.lij.&.lxxiij.
Methymna. vij.
Misericordia. v xvi.
Modo. xvij. xlvij
Mollis. xxxv
Momentū ix
Monumenta. xlvij
Moror. lxi
Mulierę cōditio xlix
Mulierę arma xlvi
Mulierę studiū. xxxij
Musica ars. cxxix.
Mutatio repētina. xxij
Musitanda lxxxvij

N

Ne p valde. x xcv
Nebulo. xxxvi. xlix
Negociū. ij xxij. xlij
Nemesis. xxvij
Nequitia xci
Neutiq; cxxxvij
Nomenclator. xxxvi.
Nostrapte. cxxi.
Nullus p non. xi
Nuncubi. xxxij

O

Obiurgatio v
Obnunciare. xcv
Obseruare. lxxxij
Obsaturabere lxxvij
Obsecundare. lxxv.
Obsoniū. xi.
Obturbat. xxvi
Obtundat. lxxxvi.
Ocium. xxij.
Oculi. xx
Oedipus. vi
Omen. eodem
Omphale. lv
Operibor. lxxi
Operiere. lxxxvij
Operuere. lxxvij.
Opereprecium. vij
Opperire xv
Oppido. cxxxij
Oppignerare. lxxv
Optime. li.
Oratio. ij
Oratio pathetica ix. lx
Os ledere. ci.

P

Parricidæ pœna. xxv
Palmariū. lij
Parasitus xxxv. xxxvi
Paraprosodotia lxxix
Parœmia. lxxxvij
Pariter. xxxij. lx.
Patrueles xxij
Pauitare. cxxxv
Pax lxv
Phasma xxxi
Penates, cxi
Pēdeo & Pendo. liij
Pendere. lxxiij
Pœnitet. lxi. xliij.
Peniculo. xlix
Penus. xxxvij
Percello. xxxix
Perplexus. l.
Perpetuum. ciij
Periculum. xvi.
Perynthus. ij
Peripoclasmos xlix
Pessulum. xliij.
Pyreus. xxxvi
Pistrilla xcvi
Pitissare lxvij
Piget. Pudet. xcij.
Pollicitatio. xv.
Pone. cxix cxxij
Popularis. lv.
Popularitas. lxxxvij.
Portus. li
Porro. ij. xliij. xcij
Postulare xvij
Potis. xij cxij
Pote. lxxxix.
Pudor. xix.
Pugil. cxxvij
Pugna. ibidē.
Pulpamentū. xl.
Punctum cix
Putus xi
Purus xxxvi
Putare xij lxvij.
Plorare. v
Precator. lxxix.
Prestolari. lij
Primulum. xc
Phryx. xxiij
Procliue. xix xx.
Procax. lxij.
Proinde. cxij
Prologi officiū. cij
Prologiū. lvij.
Prologus. ij
Producere. lx
Propemodum xvij
Promoueo. xx.lij.cxlij.
Propter. lxxxvij
Prouincia. lxvij. cvij

Proximus. xviij.
Prudens. xij xxiij.
Prudentia xxviij
Prudentiæ partes. xxiij.

Q

Quando. ciij.xxvi.
Quo ore. lxxiij.
Qui cũ. xlviij.xcix
Qui ꝑ vnde. cxiij.
Qui ꝑ quõ. xcviij.

R

Rhamnus. xxvi.xxvij.
Recipio. lxxxi.cxxiiij.
Redux lxvi.cxlvi
Religio. lxij
Religiosi. xxvij
Relino. lxviij
Remorer xx
Rescire. ix
Res. xxxiij cxxi
Ad restim. cxix. xcix
Reuerẽtia patris. xxv
Ridiculus. xxxvi.
Ringit. cxij
Riscus. xlviij. xlix
Riuales. xxxv. xxxvi.
Rixæ indicia. l
Rogo. x
Rursum. xlvij

S

Sal. xl
Satius lxxix. lxxxviij.
Sagacitas. xli.
Sagmina. xxi
Salsamẽta. xcij.
Satagit lxij
Satrapes lxvij
Sandaliũ. lv.
Segregare. lxvi.
Sceptrũ regiũ. lxxxv.
Scrupi. xxvij
Scibo. xlvij.
Scitus. xiiij xv
Scita. cvij. Scitũ.lxij
Sectari. xxxvi
Sedulo. xix.
Senis descriptio.xxxvij.
Senes. xiij
Senium. xxxvij
Senectus. lxxvi.
Sentus. xxxvi
Serius. xlij
Seruoꝝ disciplina.xxiiij
Sermo. xxvij
Serias lxvij
Seuerus xxxv
Sycophanta. xxij.
Singillatim. cxxvi
Silicernium xcvi
Symbolũ. iij. v. xliij
Simul. cxxij
Sobrini. xxij
Soccus. lx.
Sodes. v lxx
Sollers. xli
Sollertia. eodem
Solicitudo. ix. cxiiij.
Solicitatio. ix
Sors. lxxxix
Subducere. xlv.
Sublimis. xxiiij.
Submonuit. xliij
Subtegmen. lxiiij.
Sunio xxxiiij
Subolet. cxv
Suppositus. xxxi
Suspicarier. cxlv
Sperare. xi xxxiiij.lx
Stares. cxi.
Stataria comœdia.xlviij
Statim. xxi.
Stylus. ij
Stolidus. xiiij lxix

T

Tacere. lxxviij
Tardus. lvi
Tantisper lx
Techna xlvij
Tendere. xlv
Temetum. vij
Temere lxxi
Temulentia. vij.
Temperantia xlviij
Tetuli xxij
Timor. ix lxxxv
Titubet. lxv
Tragœdia. xxviij
Tristis. xlv xxiiij
Turba. vij

V

Vah. lxiij.
Valeant. xix xcvi
Vapulo. xlvij.
Veh. ix.
Vel ꝑ etiã xiiij. cxxv
Verba dare. vi
Verbena. xx xxi
Verecundia. xix
Veritas xxij xxvi
Vernula curialis cxxiij
Veternosus. xlvij.
Veterator. xiij. lxxvij
Vietus. xlv xlvij
Vinum vij
Virtutis laus. lxvi
Vitis tres vuæ. vij
Volupe est. cxviij
Voluptas. xx. xxxiiij
Vox. xxxix.
Vsq; lxxij
Vtilitas priuata. xxiij.
Vt ꝑ postq̃. xlix.cxliij
Vt ꝑ q̃diu. lxij
Vt ꝑ ne non cxxxiij
Vt ꝑ qualiter. cxl.
Vxoriæ suspitiones. folio lxxxiiij.

Finis.

Andria vnde nomẽ acceperit.

POeta quũ primũ animũ ad scribẽdũ appulit &c. Comœdia Andria quũ palliata sit fabula/ de loco nomen accepit: & a Menandro prius/& nũc ab ipso Terentio. Qui cũ de Chryside loqueretur/sic ait: Hei vereor/ne quid Andria apportet mali. Et hoc cõmune vocabulũ & in græca & in latina lingua

Quid cõtineat Andria.

Hæc comœdia maiori ex parte motoria est. Cõtinetq; actus amatoꝝ: adolescentiũ ex partibus patrũ priorũ: callidi serui: astutæ ancillæ: seruæ senes: adolescẽtulæ liberales. In hac primæ partes senis Simonis sunt:

Partes psonarum.

secũdæ Daui: tertiæ Chremetis: & deinceps reliquoꝝ.

Prologus asperiducit.

Prologus in hac acer inducit: & in aduersarios nõ mediocriter asperat. Sed tñ id subtiliter fit: vt oĩa lacessitus facere videat ac dicere. Hic prothesis subtilis/epithasis tumultuosa/catastrophe pene tragica: & tñ repente ex his turbis in tranquillũ peruenit. ¶ Hæc prima acta est ludis Megalensibus. M. Fuluio &. M. Glabrione. Q. Minutio Valerio ædilibus curulibus. Egerũt. L. Attilius latinus Prænestinus: &. L. Ambiui⁹ Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij filius/tibijs paribus dextris & sinistris. Et est tota græca: ædita. M. Metello & Sulpitio consulibus. Pronunciataq; est/Andria Terentij: ob incognitum adhuc nomen poetæ/& minoris apud populũ autoritatis ac meriti. De verbis autẽ ticis lepide distincta est. Et successit aspectu prospero. Hortamẽto poetę fuit ad alias cõscribendas. Initiũ aũt ptaticã. i. aduenticiã personã recepit Sosiæ/

Persona ptatica.

propter euoluendã argumenti obscuritatẽ. Persona aũt protatica ea intelligit quæ semel inducta in principio fabulæ/in nullis deinceps fabulæ partibus adhibetur. Annotandũ sane puellarũ liberaliũ nullam orationẽ in p scænio inducí in comœdias palliatas/præter inuocationẽ Iunonis Lucinę: quæ & ipsa quoq; post scænã fieri solet.

Iuno Lucina sola inuocãda est.

Scire debemus hanc esse virtutẽ poeticam: vt a nouissimis argumentũ rebus incipiens/initium fabulæ & originẽ narratiue reddat spectatoribus: authorẽq; præsentẽ sibi exhibeat/ vbi finis est fabulæ. Hunc em̃ ordinẽ & circulũ poeticę artis vel virtutis nõ modo secuti sunt Tragici Comiciq; authores/ sed Homerus etiã & Vergilius tenuerunt.

Virtus poetica in argumentis obseruanda.

¶ Diuisionẽ actuũ in latinis fabulis internoscere difficile est. Causam iãdudũ demõstratam⁹. Vnde aũt aut quõ/q̃uis ęgre tñ intelligi distinguiq; possint/est operepreciũ dicere. Principio dicendũ est nullam psonam egressam quinquies/vltra exire posse. Sed illa re plærũq; decipimur: q̃ persona cũ tacuerit/egressam falso putamus: quæ nihilominus in proscenio tacens loquendi tempus expectat. Est igit attente animaduertendũ vbi & qñ scæna vacua sit ab omnibus psonis/ vt in ea chorus vel tibicen audiri possit. Quod cũ viderimus/ibi actum esse finitũ debemus agnoscere. Confundit sæpe lectorẽ id q̃ persona in superiori scæna desinens/& in proxima incipiens loqui/nõ intelligit ingressa. Quod experientes ipsam fictã dijudicãt de repub. ac temporꝝ quantitate. Potest em̃ fieri vt & ingressa sit ac egressa/

Modus cognoscẽdorꝝ actuum.

Finis actus.

Eadẽ persona quã praue credimus de proscenio nõ recessisse. Posse aũt quinto egredi per tm̃ quinques sonã necesse esse dicimus: sed vt appareat vltra exire non posse. In tragœdia autẽ parcius exire & solere pariter & licere.

Exire põt.

Hremes atticus pater Passibulæ & Philomenæ: quũ ex his duabus se Passibulam perdidisse falso crederet relictam Athenis: nec
c visam postea multo tempore: tanq; vnicam sibi putabat Philomenam. Quã Carinus adolescẽs Athenien sis adamabat vnice: & eam sibi petebat vxorẽ. Sed pater eam Pamphilo cuidam Simonis filio vltro desponderat. Qui Pamphilus ecõtrario sororẽ Chrysidis ac peregrinam: tum creditam Passibulã supradictam alterã Chremetis filiam sub nomine Glycerij latenter sic amauit: vt ex ea filium suscepisset inscio patre. Qua re intellecta cõmotus Simo pater Pamphili dũ per falsas nuptias tentat animũ Pamphili/multis dolis a Dauo ipso deluditur seruo. Periculoq; Carini & Pamphili motus error in fabulis: qui vsq; ad eũ finem ductus est dum Athenas veniens de Andro quidã Crito rem aperiat: & nodũ fabulæ soluat. Per quẽ agnita Passibula recipit a parẽtibus: & tradit Pamphilo amanti. Philomena vero Carino desponde; & traditur exoptanti.

Dolo Daui error & tumultus insurgit.

De quinq; actibus Andriæ.

Primus actus in Andria narrationẽ Simonis apud Sosiam continet argumẽti: quod populus hac occasione perdiscit. Mox q̃-
p relam apud se Daui de dño: & eiusdẽ cũ domino verba: & rursus eiusdẽ serui deliberationẽ/quid rerũ agat. ¶ Secundi actus sunt Carini verba: primo cũ Birria seruo: & post cũ ipso Pamphilo de nuptijs. Pamphili sermo cũ patre dolo cõsentientis in nuptijs. Birriæ verba. Daui callida oratio aduersum senem. ¶ Tertio actui hæc attribuunt. Misidis cũ obstetrice colloquiũ/Dauo & Simone audientibus. Partus Glycerij suspectus seni. Et Daui apud eum fraudulenta sermocinatio. Simonis verba cũ Chremete de nuptijs. Daui perturbatio ac Pamphili. ¶ Quartũ actũ per hæc intelligimus. Prima Carini verba sunt indignantis/ velut fidẽ sibi nõ seruatam a Pamphilo. Tum Mysidis verba apud Pamphilũ: eiusdemq; questus. Daui administratio doli aduersus Chremetẽ. ¶ In quinto actu Simonis & Chremetis prope iurgium disputatio. Tum detectio fallaciarum Daui. Tum indignatio patris aduersus filiũ. Tum Critonis interuẽtus: & per eum cognitis rebus in tranquillam rem acta: ducentibus vxores quas cõcupierunt/Pamphilo & Carino.

Primi actus contenta.

Secundus actus.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

¶ Illud non cõmouere nos debet/q; in hoc actuũ distinctione videt de proscenio non discessisse personæ quædam. Sed tenere debemus ideo Terentiũ vicinitatis mentionẽ fecisse in principio/vt modico receptu & adesse & abesse personam intelligamus. Nihil ergo secius factũ est ab antiquis: qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiserunt.

Attende de actuũ distinctione.

Petri Marsi viri doctissimi lucubratiúncule seu moralitates in Comicum poetam.

Comœdia dicit a comi græce/latine villa:& oda/cantu: quasi cantus in villa. Priscam comœdiã Siculi iunenerunt: autoribus Solino & Syllio: qui describẽs oppida Siciliæ sic canit: Littora thermarũ prisca dotata camena. Tragœdiam excogitauerũt Athenienses. Et primus Thespis id genus poematis plaustris vexit per attticos vicos. Horatius in arte poetica Ignotum tragicæ genus inuenere camenæ. Dicit & plaustris vexisse poemata Thespis: Quæ canerent perunctis fecibus ora. Vnde natum est prouerbiũ: E curru me lauerunt. Sed Plato in eo dialogo qui Minos de lege inscribit/ dicit multo ante fuisse repertam tragœdiã his verbis. Tragœdia vero hęc est antiquissima: nec (vt plærique putãt) a Thespi de sumpsit initium. Sed si perscrutari volueris/reperies Tragœdiam longe antiquius ciuitate huius nominis inuentam.

¶ Comœdia & Tragœdia instituta est in honorem musarũ/ Apollinis & Bacchi. Originis causam tangit Plato in .ij. de legib⁹ his verbis. Dij aũt genus humanum laboribus pressum miserati/remissiones laborũ ipsis statuerunt: solennia videlicet festa/vicissim in honorẽ ipsorũ deorũ instituta: prębentes musas: quinetiã & Apollinem musarũ ducem & Bacchum: choreæ cõcelebratores/ deorũque consilio emendatores inter solennia morum adhiuere. Et Horatius in epistola ad Cæsarem Augustũ/repetens originẽ poetices latinę atq; agrestis sic ait: Agricolæ prisci fortes paruoq; beati. Condita post frumenta leuantes tempore festo. Corpus & ipsum animũ spe finis dura ferentem. Cum sociis operũ pueris & coniuge fida. Tellurem porco Syluanum lacte piabant. Fescennina per hunc inuenta licentia morem: Versibus alternis opprobria rustica fudit. Libertasq; recurrentes accepta per annos Lusit amabiliter.

INTERLOCVTORES ANDRIAE.

Simo senex.	Sosia seruus.
Dauus seruus.	Mysis ancilla.
Pamphilus adulescẽs.	Carinus adulescens.
Birria seruus.	Lesbia obstetrix
Glicerium meretrix.	Chremes senex.
Crito hospes.	Dromo seruus.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS. M. FVLVIO ET M. GLABRIONE. AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO. L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT ELACCVS CLAVDII. F. TIBIIS PARIBVS: DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRAECA. AEDITA M. MARCELLO ET SVLPITIO COSS.

C. SVLPITI APPOLLINARIS PERIOCHA

Trimetri Iambici.

SOROREM FALSO CREDITAM
MERETRICVLAE (philus:
Genere Andriæ Glyceriũ vitiauit Pam-
Grauidaq; facta: dat fidem vxorẽ sibi
Fore hãc: nam aliã pater ei desponderat
Gnatã chremetis: atq; vt amorẽ cõperit,
Simulat futuras nuptias: cupiens suus
Quid haberet animi filius cognoscere.
Daui suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum
Chremes: recusat nuptias: generum abdicat.
Mox filiam Glycerium insperato agnitam:
Dat Pamphilo hanc: aliam Carino coniugem.

Cur nuptias simulet.

Argumentum prologi. Pau. Mal.

Huius prologi ratio eo tendit: vt nouo poetæ veniã paret: q; nõ (vt reliqui poetæ) argumẽtũ suo loco narret: tum deinde vt veterẽ in odiũ ducat: postremo vt Terentiũ modestissimũ minimeq; errantẽ comprobet

Dat Pãphilo hanc. Sic ponat̃ hic ꝟsus: al's trimeter iambicus nõ constat.

PROLOGVS

Versus eiusdem rationis.

Prolog⁹ hic relatiu⁹ ē: qñ maledicta in aduersariũ referuntur.

POETA cum primum animũ ad scribendũ appulit:
Id sibi negoci credidit solum dari:
Populo vt placerent quas fecisset fabulas.
Verum aliter euenire multo intelligit.
Operã legit Diomedes.
Nam in scribendis prologis operam abutitur:
Non qui argumentum narret: sed qui maleuoli
Veteris poetæ maledictis respondeat.
Vitiũ poetæ subiectum.
Nunc quam rem vitio dent quęso: animum aduortite.
Menander fecit Andriam & Perinthiam:
Qui vtramuis recte norit: ambas nouerit.
Non ita sunt dissimili argumento: sed tamẽ
Dissimili oratione sunt factæ: ac si lo.
Quę conuenere in Andriam: ex Perinthia
Fatetur transtulisse: atq; vsum pro suis.
Id isti vituperant factum: atq; in eo disputant
Contaminari non decere fabulas:
Ne ꝑ valde.
Faciunt ne intelligendo vt nihil intelligant.
Qui cũ hunc accusant: Neuium: Plautum: Ennium
Accusant: quos hi noster autores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius ꝙ̃ istorum obscuram diligentiam.
Modesta maledicorũ imꝑcatio.
Dehinc vt quiescant porro moneo: & desinant
Maledicere: malefacta ne noscant sua.
Ab auditoribus fauorem captat.
Fauete: adeste æquo animo: & rem cognoscite:
Vt pernoscatis & quid spei sit reliquum.
Posthac quos faciet deintegro comœdias:
Spectandę: an exigendę sint vobis prius.

Cõmentariolum Petri Marsi.

PET. M. Poeta cũ primũ &c. Calliopius beniuolentiã & nominis claritatem Terentij verbis venatur suis: illum poetæ nomine honestans: quod aduersarij negabant: & aduersariũ publicas oblectationes maligno animo ac liuido impedientẽ in odiũ populi adducit. Et vtitur statu absoluto: fatetur enim id fecisse Terentiũ qd'

alioꝝ poetis concedit. Et aduersariũ ignorãtię accusans: a iusto: honesto et vtili efflagitat: vt comœdia æquo animo spectetur: cæteris comœdijs de integro edendis factura preiudicium.

Negocium ꝓ labore ponit. Cicero in oratione ꝓ Rhoscio. Cum pater istius nullo negocio sit occisus. Negocium.

Maleuolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Prologus debet cõtinere argumentũ: et capita rerũ quæ postea ꝓ argumentationẽ explicandæ sunt: vt in Plautinis comœdijs intueri licet. Ideo Terentius abutitur ꝓlogo: qm̃ nõ explicat argumentũ: quo docilitas comparat & attentio. Sed respondet maleuolis: quib⁹ facit inuidiam. Maledictio (inquit Cicero in orõne ꝓ Celio) nihil habet ꝓpositi præt cõtumeliã. quæ si petulanti⁹ tractat cõuitiũ: si facetius vrbanitas noiatur. Perinthus dicit heraclea peninsula est ꝓpontidis: a q̃ perinthiã fabulã appellauit Menãder: vt ab andro Andriã. Non ita dissimili sunt argumento &c̃. Fabius libro. v. sic ait: Argumentũ quoq; plura significat. Nã et fabulæ ad actũ scænaq; cõpositæ argumẽta dicunt̃. Et Cicero ad Brutũ ait: ꝙ argumentũ simile nõ erat. Quo apparet (inquit Fabius) omnẽ ad scribendũ distinctã materiã ita appellari. Vulgoq; paulo numerosius opus argumẽtosum dicit. Cicero in oratione de ãuspicũ responsis ait: Argumentũ sententiãq; audite. Acstilo &c̃. Id est qualitates & modi orõnis duo sunt: vt recte sentit Macrobius: dispari moralitate diuersi. Vnus est maturus & grauis q̃ cõuenit comœdijs statarijs. i. quietioribꝰ. Alter ardens & erectꝰ: q motorijs. i. turbulẽtis cõuenit. Cicero in libris oratorijs (quod Fabiꝰ in. x. repetijt optimũ esse effectorẽ ac magistri dicendi stilũ) dixit: Stilus est instrumentũ quo in pugillaribꝰ olim aliqd adnotabat. Quapropt̃ stilus ꝓ ipsa scriptione ponit. Et est ꝓprie stilus loquendi modus atq; scribendi: quẽ variant sententiæ colores atq; materia. Oratione &c̃. Oratio est generale vocabulũ: cuius duæ species. Metrica. s. & soluta. Porro moneo &c̃. Porro significat olim: certe: valde. Hic ponitur pro olim. i. deinceps & in futurum. Argumentũ. Prologus. Maleuolẽtia. Maledictio. Perinthus. Argumentũ. Stilus. Oratio Porro

Hæc scæna ꝓ argumenti narratione ꝓponitur: in qua totius fabulæ iaciunt̃ fundamẽta: ita vt ỹ tute poetæ sine offitio ꝓlogi & materiã comœdiæ populus teneat: & res agi magis q̃ narrari videatur. Simo. n. hic argumentũ narrat qđ prologus in maledictis refellendis occupatus omiserat. PAVLVS.

ACTVS PRIMVS
SIMO SENEX SOSIA SERVVS.

Trimetri omnes.

OS istęc intro auferte: abite, Sosia
Ades dum: paucis te volo. So. Dictum puta.
Nempe vt curent̃ recte hęc. Si. Immo aliud. So. q̃d est
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? Si.

Hic ꝓtatica psona ducit̃ Sosia. s. q̃ deinceps nusq; apparet.

Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro.
Sed his: quas semper inte intellexi sitas:
Fide & taciturnitate. So. Expecto quid velis. Si.
Beneficij in sosiā collati commemoratio.
Ego postq̄ te emi a paruulo: vt semper tibi
Apud me iusta & clemens fuerit seruitus
Scis: feci ex seruo vt esses libertus mihi:
Propterea quod seruiebas liberaliter.
Quod habui summum precium persolui tibi. So.
In memoria habeo. Si. Haud muto factum. So. Gaudeo:
Si tibi quid feci aut facio quod placeat Simo: &
Habeo gratiam & ago gratiā: scd̄m Vallam.
Id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.
Sed mihi hoc molestum est: nam istæc commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris beneficij.
Quin tu vno verbo dic: quid est quod me velis. Si.
Ita faciam: hoc primum in hac re prædico tibi:
Quas credis esse has: non sunt verę nuptię. So.
Cur simulas igitur? Si. Rem omnem a principio audies.
Eo pacto & gnati vitam: & consilium meum
Cognosces: & quid te facere in hac re velim.
Narrat ꝓba tā filij vitā.
Nam is postq̄ excessit ex ephebis Sosia:
Liberius viuendi fuit potestas: nam antea
Ephebus est prima in adulescentia ætas.
Qui scire posses: aut ingenium noscere:
Dum ætas: metus: magister prohibebant? So. Ita est. Si.
Quod plęriq̄ omnes faciunt adulescentuli.
Vt animum ad aliquod studium adiungant: aut equos
Ad philosophos. Eclypsis & terētia: p̄tem sub intelligi: animū applicare: adire.
Alere: aut canes ad venandum: aut ad philosophos.
Horum ille nihil egregie pręter cætera
Studebat: & tamen omnia hęc mediocriter.
Gaudebam. So. Non iniuria: nam id arbitror
Apprime in vita esse vtile: vt nequid nimis.

Sic vita erat: facile omnes perferre ac pati
Cum quibus erat: cunq; vna his se se dedere;
Eorum obsequi studijs: aduersus nemini:
Nunc̄ pręponens se illis: ita vt facillime
Sine inuidia laudem inuenias: & amicos pares. So.
Sapienter vitam instituit: namq; hoc tempore
Obsequium amicos: Veritas odium parit. Si.
Interea mulier quædam ab hinc triennium
Ex Andro commigrauit huic viciniæ:
Inopia & cognatorum negligentia
Coacta: egregia forma: atq; ętate integra. So.
Hei vereor ne quid Andria apportet mali. Si.
Primum hęc pudice vitam: parce ac duriter
Agebat: lana & tela victum quęritans:
Sed postc̄ amans accessit precium pollicens
Vnus: & item alter (ita vt ingenium est omnium
Hominum: a labore procliue ad libidinem)
Accepit conditionem: dehinc quęstum occipit.
Qui tum illam amabant: forte (vt ita fit) filium
Perduxere illuc secum vt vna esset meum.
Egomet continuo mecum: certe captus est:
Habet: obseruabam mane illorum seruulos
Venientis aut abeuntis: rogitabam: heus puer
Dic sodes: quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ
Illi id erat nomen. So. teneo. Si. phedrum aut Cliniam
Dicebant: aut Niceratum: nam hi tres tum simul
Amabant: eho quid Pamphilus? quid? Symbolum
Dedit: cœnauit: gaudebam: item alio die
Quęrebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicq̄ attinere: enimuero spectatum satis

Qđ' pfecto difficile factu

Vulgare puerbium. Chrysis ex andro Athenas migrauit.

Adagiū. Iuuena. Nemo repente fuit turpissimus: gradatim ꝯ in vitia labimur. Eclypsis Sedulitas paterna erga filium.

Symbolū ẽ paruū nummisma: vt signum aliqd vt anul⁹.

Pamphili cõtinentia. Attende verã sententiã

Putabam: & magnum exemplum continentię.
Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi:
Neq; commouetur animus in ea re tamen:
Scias posse habere iam ipsum suę vitę modum.
Cum id mihi placebat: tum vno ore omnès omnia
Bona dicere: & laudare fortunas meas:
Quí gnatum haberem tali ingenio prędítum.

Chremes gnatã & pãphilo vltro offert.

Quid verbis opus est: hac fama impulsus Chremes
Vltro ad me venit: vt vnicam gnatam suam
Cum dote summa filio vxorem daret.
Placuit: despondi: hic nuptijs dictus est dies. So.
Quid obstat cur non verę fiant? Si. Audies.
Fere in diebus paucis: quibus hęc acta sunt:

Modus loquẽdi ornat?

Chrysis vicina hęc moritur. So. O factum bene:
Beasti: metui a Chryside. Si. Ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chrysidem vna aderat frequens:
Curabat vna funus: tristis interim:
Nonnũq; collachrymabat: placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: hic paruę consuetudinis
Causa mortem huius tam fert familiariter:

Si. humanitati falso ascripsit qd erat amoris.

Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij
Mansuetiq; animi officia. Quid multis moror?
Egomet quoq; eius causa in funus prodeo:
Nil suspicans etiam mali. So. Hem quid est? Si. Scies.

Mira orationis breuitas Pulcher & peculiaris loquẽdi mod?

Effertur: imus: interea inter mulieres
Quę ibi aderant: forte vnam aspicio adulescentulam:
Forma. So. Bona fortasse. Si. & vultu Sosia
Adeo modesto: adeo venusto vt nihil supra:
Quę tum mihi lamentari pręter cęteras

Visa est: & quia erat forma prę ter cęteras
Honesta ac liberali: accedo ad pedisequas:
Quę sit rogo: sororem esse aiunt Chrysidis.
Percussit ilico animum: at at: hoc illud est:
Hinc illę lachrymæ: hęc est illa misericordia. So.
Quam timeo quorsum euadat. Si. Funus interim
Procedit: sequimur: ad sepulchrum venimus:
In ignem positast: fletur: interea hęc soror
Quam dixi ad flammam accessit imprudentius
Satis cum periculo: ibi tum exanimatus Pamphilus — Amor pamphili erga gli ceriũ ꝓditur.
Bene dissimulatum amorem & celatum indicat.
Adcurrit: mediam mulierem complectitur:
Meaq; Glycerium inquit: quid agis? cur te is perditum?
Tum illa (vt consuetum facile amorem cerneres)
Reiecit se in eum: flens q; familiariter. So.
Quid ais? Si. Redeo inde iratus atq; ęgre ferens: — Ornatꝰ loq̃ndi modus. Nõ ẽ simõi obiurgandi locus.
Nec satis ad obiurgandum causę: diceret:
Quid feci? quid commerui? aut peccaui pater?
Quę sese voluit in ignem iniicere: prohibui:
Seruaui: honesta ratio est. So. Recte putas.
Nam si illum obiurges vitę qui auxilium tulit:
Quid facies illi qui dederit damnũ aut malum? Si.
Venit Chremes postridie ad me clamitans:
Indignum facinus comperisse: Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinam: ego illud sedulo — Chremes generũ abdicat
Negare factum: ille instat factum: denicq;
Ita tum discedo ab illo: vt qui se filiam
Neget daturum. So. Non tu ibi gnatum? Si. Nec quidẽ hęc — Ecdysis
Satis vehemens causa ad obiurgandũ. So. qui? cedo. Si.
Tu te his rebus finem prescripsisti pater: — Sic se pãphilus excusaret

Prope adest: cum alieno more viuendum est mihi:
Sine nunc meo me viuere inter ea modo. So.
Quis igitur relictus est obiurgandi locus? Si.
Si propter amorem vxorem nolit ducere.
Ea primum ab illo animaduertenda iniuriast.
Et nunc id operam do: vt per falsas nuptias
Vera obiurgandi causa sit: si deneget.
Simul sceleratus Dauus siquid consili
Habet vt consumat nunc: cum nihil obsint doli.
Quem ego credo manibus pedibusq; obnixe omnia
Facturum: magis id adeo mihi vt incommodet:
Quam vt obsequatur gnato. So. Quapropter? Si. Rogas?
Mala mens: malus animus: quem quidem ego si sensero.
Sed quid opus est verbis? sine eueniat quod volo:
In Pamphilo vt nihil sit moræ: restat Chremes
Qui mihi exorandus est: & spero confore.
Nunc tuum est officium: has bene vt assimules nuptias:
Perterrefacias Dauum: obserues filium:
Quid agat: quid cum illo consilij captet. So. sat est:
Curabo: eamus iam nunc intro. Si. I prę: sequar.

Verã obiurgandi cãm quærit Prudens simonis cõsilium. Vide elegantem periodum.

Argumentũ a natura. Aposiopo/sis grauẽ penã minantis.

Sosiæ officium

PET. M.

Vos istæc intro &c̃. Id quod in prologo agendum fuisset poeta necessitate coactus hac scæna p̃cedenti exeqtur. Senis de filioꝝ vita soliciti ac natura loquacis decoꝝ seruans mediocritatẽ illã in qua ꝟtus humana cõsistit & laus celebrat̃. In primis oñdens rectã educationẽ esse adhibendã: cũ sumant̃ a cõuersationibus mores: & vitia. ne ꝓximũ quẽq; transiliant & cõtactu noceant: qd' Pamphili prius dat indolis pueri deprauatio testat̃ atq; declarat̃. Nam istæc commemoratio. Lacerat aĩm & præmit (inquit Seneca) frequẽs meritoꝝ cõmemoratio. Excessit ex ephebis. Ephebi dicunt̃ pueri quoꝝ lucida facies iã pubescẽs prima lanugine obducit̃. Phebi dicunt̃ lucidi q̃si extra phebitatẽ: vt ita dixerim. Incipit autẽ pubertas post annũ .xiiij. Nam antea qui scire &c̃. Humani animi difficil' est cõiectura: inquit Plato. q in septimo de legibus loquẽs de pueroꝝ educatione sic ait: Pueri sine pedagogis nõ sint. Est aũt puer omni bestia intractabilior. Nã cũ prudẽtiæ fontẽ nondũ ꝑfecte habeat: insidiosissim⁹ est acerrimusq; & petulantissim⁹ oĩm bestiaꝝ. Ideo multis q̃si frenis vinciendus est.

Ephebi. Phebi.

Et i.x. de legib⁹ ait: Iuuenũ mores sepe in dies varieq; mutãt. Vt ne qd nimis &c. Plato in eo dialogo q hipparch⁹ inscribit sic ait. Hipparchus instituta sapiẽtiæ elegis carminib⁹ inclusit: adeo vt ciues nõ amplius admirarent egregia illa epigrãmata delphica: cognosce teip̃m: nihil nimis. Idem in ꝓtagora sic ait. Sapientes ex cõmuni cõsensu has delphici Appollinis templo primitias dedicarũt: q̃ templo inscriptæ ab omnib⁹ celebrant: Cognosce teip̃m: nihil nimis. Sponsioni nõ deest iactura &c. Hui⁹ p̃cepti meminit etiã i charmide. Veritas odiũ parit. &c. Snĩa digna theatrꝫ & aurib⁹ cõfusæ mltitudĩs: Indigna ꝟo bonoꝝ viroꝝ cœtu cõsessuq; honesto. Sene. scribẽs de clemẽtia ad Neronẽ: sic ait. Malo ꝟbis offẽdere q̃ placer̃ adulãdo. Et alibi. Si merito aliqs te obiurgabit: scito qa ꝓfuit. si i merito: scito qa ꝓdesse voluit. Et alibi. Mal̃ displicere laudari ẽ. Epicur⁹ dicebat: Qui peccare se nescit corrigi nõ vult. Et Sene. li. iiij. epl̃a. sic ait. Malis artibus popularis fauor acquiritur: & conciliari nisi turpi ratione amor turpiũ non potest. Accepit cõditionẽ. i. modũ viuendi cum libidine ac facilitate q̃stuosũ.

PET. M. Occidi neq; virgo &c̄. Primos adulescentꝫ ardores & venereos æstus post habita rei domesticæ ac publicæ cura: hæc scæna exprimit. Sectant em̄ adulescētes: vt scribit phūs. li. ij. rhetorices ad theodectē: quod & horatius in arte poætica repetijt: cuiusq; ætatis mores describens & studia: venereas voluptates & vehementer concupiscunt: celeriter autem desinunt. Estq; illis amor vehemens: vt sitis famesq; laborantibus. Vt illum dij deæq; senium perdant. Senium proprie (vt inquit Nonius) est tedium & odium. dictum a senectute: q; senes om̄ibus odio sint & tedio. Quidue es alacris Alacris festin⁹. Asco. pedi. ait. Sunt q alacrē festinantē & ꝓperū dici putant: q̄si alis acrē. Ad te patris penū. Penum. i. ea q̄ pater ad annuū vsum in cellā penuariā reposuerat. Gellius sic ait:

Senium.

Alacris.

Penus

Ea quæ ad edendū et bibendū in dies singulos prādiū aut cœnæ causa parātur: penus nō sunt: sed ea potius quæ huiusce gñis longe vsionis gra contrahunt & recondunt. ex eo q nō in ꝓmptu sint: sed intus & penitus habeant penus dicta. Penus quoq; inqt variis gñibus dictū & varie declinatū est. Nā & hoc penꝰ: & hæc penus & huius peni & penoris: & penitiris veteres dixerūt. Sene. sic ait. Lacerat aīm & ꝑmit frequēs cōmemoratio meritoꝝ. Neruos intendas tuos .i. vltimū conatū facias. Habitior. i. pinguis. Pugilem. i. aptā certaminibꝰ.

Iam cōclamatū est. i. claris indicijs manifestū id est qđ querimꝰ. Cōclamare est sil' clamare: vt fit in luctu funebri. Vñ Lucanus li. v. Sic funere primo Attonite tacuere domꝰ: cū corpa nondū Cōclamata iacēt. Parmeno intelligebat iam actū esse de Chærea cū amaret: & de oīi familia quæ videbat cōclamata: cum herilis filij post meretrices insanirēt. Ideo Chærea dixit: Alias res agis. Cum nō plane intelligeret quorsū hæc ẏba dixisset Parmeno: q de clamato funere loqui videbat. Il a sese interea cōmodū. Cōmodū. i. statim & eodē tpe. Sene. li. vi. epl'arū sic scribit. Librū quē mihi ꝓmiseras accepi: & tanꝫ lecturus ex cōmodo aperui: ac tm degustare volui: deinde blāditus est ipe vt lōgius ꝓcederē. Inhonestū hominē. i. turpē in facie ac illiberalē facie: vt ꝓ Eunucho ꝓbes. i. ꝓbabiliter ostendas te esse Eunuchū: cū sis ad huc inberbis: nec grauē habeas vocē. Aristo. li. iij. historiæ aīalū loquēs de pilis sic ait. Cōgeniti sunt pili capitis supciliorū & palpebraꝝ: postgeniti pubis pīmū: post alaꝝ: postremo menti pili postgeniti. his qui ante pubertatē castrati sunt nō exeunt & post pubertatē exosis soli decidūt præter cꝫ pubis. Et li. v. loquēs de voce dicit: Magna ex parte vox mariū fœminarūq; differt: eo q mares grauꝰ sonāt cꝫ fœminæ. Et ea quæ castrāt transeūt in feminā. Et li. xviij. dicit. Execta oīa in feminā mutant: & iuuenes atq; fœminæ sunt vocis acutæ. Pli. li. xi. loquēs de voce sic ait: Bobꝰ tantū fœminis vox grauior. In alio omni gñe exilior cꝫ maribus. Perculeris iā tu. ꝓcello. is. perculi ꝓculsum: ꝓcellere: cōmouere & ꝓuenire. Istæc in me cudet faba. Cudetur. i. rumpet' sup caput meū. Recidit inqt hoc scœlus in me q fui autor. Despicatā: id est despectam & modis oīibus cōtemptam.

Conclamare

Cōmodum

Inhonestū.

Vox.

Percello.

Despicatus.

In hac sequenti scæna cōtinet' assentatio parasitica: & stultitia militis gloriosi eiusdēq; summis in rebus iactantia. Insup daui consilū. ne scilicet Thraso se purget erga Thaidem de amore Pamphili: immo potius suspitionem augeat quo ad possit: vt par pari referatur.

PAVLVS.

ACTVS TERTIVS

THRASO MILLES GNATO PARMENO

Senarij & Septenarij nonnulli.

Hic sermo sic ꝓcedit: quasi post cœnā in choatus videatur.

Agnas vero agere gratias Thais mihi. Gn.

m In gentis. Th. Ain tu le tast? Gn. Nō tam ipso quidem

Dono: & abs te datum esse: id vero serio
Triumphat. Par. hoc prouiso vt vbi tempus siet
Miles gloriosus a fato & deorum dono se laudat. Deducam, sed eccum militem. Th. Est istuc datum
Profecto vt grata mihi sint quę facio omnia. Gn.
Aduorti herde animũ. Th. Vel res semper maximas
Mihi agebat quicquid fecerã: alijs non item. Gn.
Gnato dictũ militis approbat. Labore alieno magno par tam gloriam
Verbis sępe in se transmouet: qui habet salem
Scilicet. Mira laud; affectõ Qui in te est. Th. habes. Gn. Rex te ergo in ocul'. T. Scilicet. Gn.
Gestire. Th. Verũ credere omnẽ exercitum:
Consilia. Gn. Mirum. Th. Tum sicubi eum satietas
Militis iactãtia. Ironice. Adagiũ in singulares Hominũ aut negoci: si quando odium cœperat
Requiescere vbi volebat: quasi nostin. Gn. Scio.
Quasi vbi illam expueret miseriã ex animo. Th. Tenes.
Repetitio ad inertiã exprimendam. Tum me cõuiuam solum abducebat sibi. Gn. hui
Regem elegantem narras. Th. Immo sic homost
Per paucor; hominũ. Gna. Immo nullorũ arbitror
Si tecum viuit. Th. Inuidere omnes mihi:
Mordere clanculũ: ego floccipendere.
Illi inuidere misere: verum vnus tamen
Impense elephantis quem indicis prefecerat.
Is vbi molestus magis est: queso inc; Strato.
Assentatio gnatonica. Eo ne es ferox: quia habes imperiũ in beluas. Gna.
Pulchre me herde dictum & sapienter: papæ.
Iugularas hominẽ: quid ille: Th. Mutus ilico. Gna.
Quidni esset. Par. Di vestram fidẽ hominẽ pditum:
Miserumq; & illum sacrilegũ. Th. Quid illud Gnato:
Hyperbole ex fastidio narrantis. Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio:
Nunquid tibi dixi: Gna. Nunc;: sed narra obsecro.
Plus milies iam audiui. Th. Vna in conuiuio

Erat hic quem dico Rhodius aduleſcentulus.
Forte habui ſcortum: cœpit ad id adludere:
Et me irridere. quid ais inq̃ homo impudens?
Lepus tute es: & pulpamentũ quęris. Gn. ha hæ hæ. Th.
Quid eſt? Gn. Facete: lapide: laute: nihil ſupra.
Tuũ obſecro ne hoc dictum erat? vetus credidi. Th.
Audieras? Gn. Sæpe & fertur imprimis. Th. Meumſt. Gna.
Dolet dictum impudenti aduleſcenti & libero. Par.
At te diį perdant. Gn. Quid ille quæſo? Th. Perditus
Riſu omnes qui aderant emoriri: denicq̃
Metuebant omnes iam me. Gn. Non iniuria. Th.
Sed heus tu purgon ego me de iſtac Thaide:
Quod eam me amare ſuſpicatur? Gn. Nihil minus
Immo magis auge ſuſpitionem. Th. Cur? Gn. Rogas?
Scin ſi quando illa mentionem Phædriæ
Facit aut ſi laudat: te vt male vrat? Th. Sentio. Gna.
Id vt ne fiat hæc res ſolaſt remedio.
Vbi nominabat Phædriam: tu Pamphilam
Continuo. ſi quando illa dicit Phædriam
Intromittamus comeſſatum: tu Pamphilam
Cantatum prouocemus. ſi laudabit hæc
Illius formam: tu huius contra. denicq̃
Par pari referto: quod eam mordeat. Th.
Siquidem me amaret: tum iſtuc pdeſſet Gnato. Par.
Quando illud quod tu ãas expectat atq̃ amat:
Iam dudum amat te: iam dudum illi facile fit
Quod doleat: metue. ſemp quem ipſa nunc capit
Fructum nequando iratus tu alio conferas. Th.
Bene dixti: at mihi iſtuc non in mentẽ venerat. Gn.
Ridiculum: non cũ cogitaras cæterum

Mordax & obſcœnum dictum.

Miræ adulationes.

Libero. i. ab ea re imuni.

Ridicula militis verba.

Cõſiliũ gnatõis. vt vrat. i. cq̃tũ vrgeat. Terſa locutio.

Elegãtia poetæ germana ac propria.

Tritũ puerbium. Thais non te: ſed tua amat.

Alio. locũ p ꝓſona poſuit

Quãto cum pondere pronunciandũ.

Idem hoc tu ne melius quanto inuenisses Thraso.

PET.M. Magnas ꝟo agere &c. Stolidũ animũ gloriosi militꝫ: q se ignorans & aliũ de pendẽs opinionibꝰ inflat & irridet: in maximisq; versat erroribꝰ: hæc scæna exprimit. Cicero li primo offi sic ait. De forme etiã est de seipso p̃dicare: falsa p̃sertim & cũ irrisione audientiũ: imitari militẽ gloriosum. & in Lelio sic scribit. Nec parasitoꝝ in comœdijs assentatio nobis faceta videret nisi essẽt milites gloriosi. Magnas ꝟo gratias agere Thais mihi. Satis erat respondere magnas. Ingentes inquit: semp auget assentatio id quod is ad cuiꝰ voluntatẽ dicit vult esse magnũ. Salem qui in te est. Salem. i. sapientiã. & sales dicunt animi solacia.

Cotra iactabundos.

Sal. Sales. Elegans. Impense. Pulpamẽtũ.

Regem elegantẽ narras. Elegantẽ. i. prudentia excultũ: & scientẽ habere delectum p̃sonarũ. Gnatonice tamẽ dictũ est. Verũ vnus tñ impense. i. valde inuidebat. Gell. li. xiiij. sic ait: Iulius Paulus poeta vir bonus & reꝝ litterarũq; impense doctus. & paulo post: Impense fieri incipit. Et pulpamentũ q̃ris: Pulpamentũ cõdimentũ est: quod fit ex pulpa leporꝫ & clunibus maxime. Sensus est: tu es id quod queris in scorto. Facete. i. iocose cũ exculta quadam elegantia.

Lepide. i. iocunde atq; venuste. i. cum gratia. Laute. i. splẽdide: magnifce. ac om̃i apparatu solertis acuminis & vrbani ingenij verba sunt: adulatore digna.

PAVLVS. Hic inducit multiplex cõcursus dissimiliũ p̃sonarũ. tñ ita virtute poetica discretaꝝ: vt nulla cõfusio sermonis ob id fiat. Simul etiã quæ cuiq; accõmodata videntur mire repræsentat oratio. Deinde Parmeno Phædriæ munus laudat: Thraso Gnatoq; contra contempnunt.

THAIS THRASO PARMENO PYTHIAS ANCILLA

Senarij omnes.

Visa sum. de om̃i sensu dici potest.

Suauiũ amatorum est q̃ grauium.

Ironia est.

Verbũ pasito cõgruens.

Eclypꝰ. Hũc Mire p̃nomẽ ĩuenit: nequẽq; lædat.

Vdire vocem visa sum modo militis:
a Atq; eccum salue mi Thraso. T. O Thais mea:
Meum sauium quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina istac? Pa. q̃ venuste quod dedit
Principium adueniens. Th. Plurimũ merito tuo. T.
Eamus ergo ad cœnam: quid stas? Py. hem alterum
Ex homine hunc natum dicas. Th. Vbiuis nõ moror. Pa.
Adibo: atq; dissimulabo quasi nunc exeam.
Ituran Thais quopiam es? Th. hem Parmeno:
Bene fecisti hodie itura. Pa. Quo? Th. Quid: hunc vides? Pa.

Video: & me tædet: vbi vis dona adsunt tibi
A Phædria. Thr. Quid stamus: cur nõ imus hinc: Pa.
Quęso hercle vt liceat pace quod fiat tua:
Dare huic quę volumus: cõuenire & colloqui. Thr.
Perpulchra credo dona: haud nostris similia. Pa.
Res indicabit: heus iubete istos foras
Exire: quos iussi: ocyus tu procede huc:
Ex Aethiopia est vsq; hęc. Thr. Hic sunt tres minæ. Gn.
Vix. Pa. vbi tu es Dore: accede huc: hem Eunuchum tibi
Quam liberali facie: q; ætate integra. Thr.
Ita me di ament honestus est. Pa. Quid tu ais Gnato:
Nunquid habes qd' cõtemnas: quid tu autẽ Thraso:
Tacent: satis laudant. fac periculum in litteris:
Fac in palestra: in musicis: quę liberum
Scire æquum est adulescentẽ sollertem dabo. Thr.
Ego illum Eunuchum si opus sit vel sobrius. Pa.
Atq; hęc qui misit non sibi soli postulat
Te venire: & sua causa excludi cęteros.
Neq; pugnas narrat: neq; cicatrices suas
Ostentat: neq; tibi obstat: quod quidã facit.
Verum vbi molestum nõ erit: vbi tu voles:
Vbi tempus tibi erit: sat habet si tum recipitur. Thr.
Apparet hunc seruum esse domini pauperis:
Miseriq;. Gn. Nam hercle nemo possit: sat scio
Qui haberet: qui pararet alium hunc perpeti. Pa.
Tace tu: quẽ ego esse puto infra omnes infimos
Homines. nam qui huic animũ adsentari induxeris:
E flamma te petere cibum posse arbitror. Thr.
Iam ne imus: Th. hos prius introducã: & quę volo
Simul imperabo: postea continuo exeo. Thr.

Insulsus miles dolorem indicat.

Cõmẽdatio a longinqta te loci. Callide munus ex pcio cõtempsit.

Honestus id est pulcher. Olim his artib⁹ liberi eruditebantur.

Honesta ecclypsis ob Thaidis psentiã. Militis ipotũitatẽ taxat.

Thaidis animũ captat

Assentator approbat militis dictũ Vetus adagium in adulatores.

Ego hinc. offensus ob munus riualis.

Ego hinc abeo: tu istanc opperire. Par. haud cōuenit
Vna ire cum amica imperatore in viam. Thr.

Ineptus iniuriæ iocus.

Quid tibi ego multa dicam? domini similis es. Gn.
Ha ha hæ. Thr. Quid rides? Gn. Istuc quod dixti modo.
Et illud de Rhodio dictum in mentē venit.

Fiat. Eclypß. æthica: q̄ pl⁹ vultu q̄ verbis signatur.

Sed Thais exit. Thr. Abi pręcurre: vt sint domi
Parata omnia. Gn. Fiat. Thr. Diligenter Pythia
Fac cures: si Chremes huc forte aduenerit:

Si chre. œconomia ad futurā litem.

Vt ores primum vt maneat: si id non cōmoduinst
Vt redeat. si id non poterit: ad me adducito. Py.

Hæc res faciet virginem illudi.

Ita faciam. Th. Quicquid aliud volui dicere: ehem
Curate istam diligenter virginem:

Vos. ad pedissequas.

Domi adsitis facite. Thr. Eamus. Th. Vos me sequimini.

PET. M.

Meretrix.

Audire vocem &c̄. Astus meretriceus: verba subdola & simulatus protēpore ad fallendum affectus: necnō amantiū siue stultitiæ siue insidiæ: ac commentū ad zelotypiam excitandam exprimunt̄ hac scæna. Meretrix quippe simulata fronte pluribus arridet: vt plures spoliet: & emulationis semina spargit vt inde abundantiorē habeat messem. Conducit namq; meretriceo quæstui cō plures habere amatores inuicem zelotypos. vt illorum ardore ac stulticia fruatur. Vnde Plautus in cistellaria dicit. Meretrix est fortunati opidi simill ma: non potest suam rem obtinere sola sine multis viris. Et paulopost Assimulate amare oportet. nam si ames: exemplo melius illi multo quē ames cōsulas q̄ rei tuæ

Contra commemorationē bn̄ficiorꝝ.

Quā venuste &c̄. Cicero in Lelio sic ait. Odiosum sane genus hominū officia exprobrantiū: quæ meminisse debetis in quē collata sunt: non cōmemorare qui contulit. Seneca scribens de clementia ad Neronem Quam dulce q̄ preciosum est: si gratias sibi agi nō est passus qui dedit: sed dedisse dū dat oblitus est. Qui dedit beneficiū taceat: narret q acceperit. Nō tm̄ ingratū: sed iniustū est etiā bn̄ficiū supbe datū. Et graue tormentū est debere cui nolis. Fabius ꝟrucosus iquit: Beneficiū ab hoīe elato aspe datū panē lapidosum vocabat.

Liberalis.

Eunuchū tibi q̄ liberali facie. i. ingenua: nō seruili: ac ætate iuuenili.

Honestus

Honest⁹. i. pulcher & venustus: tum forma: tum ætate.

Sollertia

Adulescentē sollertē. i. scientē. Sollertia dicit̄ ingenitū acumē & natural̄ aptitudo ad id celerit̄ pcipiendū qd̄ prudētia dictat

Sagacitas

Comes hui⁹ est sagacitas: q̄ acute sētit atq; discernit qd̄ prudētia iusserit.

Solers

Solers (inqt Sex. Pompe.) dicit̄ in omni re prudēs. Solertia (inquit phūs li. vi. æthices) est bona quædam cōiectatio: quæ sine ratione fit & cito.

Hæc sequens scæna continet chremetis probati adulescentuli suspicionẽ de thaidis erga ipsum amore: quẽ sane subterfugere obnixe conatur. PAVLVS.

CHREMES PYTHIAS ANCILLA.

Senarij omnes.

Rofecto quanto magis magisq; cogito:
p Nimirũ dabit hæc Thais mihi magnũ malum.
Ita me video ab ea astute labefactarier.
Iam tum cum primũ iussit me ad se accersier:
Roget quis: quid tibi cum illa? ne noram quidẽ.
Vbi veni: causam vt ibi manerem repperit.
Ait rem diuinam fecisse: & rem seriam
Velle agere mecum: iam tum erat suspicio
Dolo malo hęc fieri omnia: ipsa accumbere
Mecum: mihi sese dare: sermonem quęrere.
Vbi friget: huc euasit: q̃p pridem pater
Mihi & mater mortui essent: dico iam diu.
Rus Sunij & quod habeam: & q̃p longe a mari.
Credo enim placere: hoc sperat se a me auellere:
Postremo & qua inde parua perisset soror:
Et quis cum ea vna: quid habuisset cum perijt:
Et quis eam posset noscere. Hęc cur quęritet:
Nisi illa forte quę olim perijt paruula
Soror: hanc se intendit esse: vt est audacia.
Verum ea si viuit: annos nactast sedecim:
Non maior Thais q̃p ego sum: maiusculast.
Misit porro orare vt venirem serio.
Aut dicat quod vult: aut molesta ne siet.

Hic inconsequẽs oro est: q̃ concedit se cũ loq̃ntib9 qa mta taciti intelligunt.

Manerẽ honestiꝰ q̃p dormirem. Thaidis petulantia.

Dolo malo .i. fallacia.

Quãpridẽ. id est q̃ diu.

Auellere. tanq̃p a ptinaciter possidente.

Maiuscula: ostẽdit vtrã q̃p esse primeuam.

Simplex rustici respõsio. Non herde veniã tertio: heus heus. Py. Ecquis hic est? Ch.
Faceta meretricis exclamatio. Ego sum Chremes. Py. O capitulũ lepidissimum. Ch.
Dico ego mihi insidias fieri. Py. Thais maximo
Te orabat opere: vt cras redires. Ch. Rus eo. Py.

Amabo blãdientis est. Fac amabo. Ch. Nõ possum inquã. Py. At tu apud nos hic mane
Indignaẽ de attrectatione pythiæ. Dum redeat ipsa. Ch. Nihil minus. Py. Cur mi Chremes? Ch.
Malam rem hinc ibis. Py. Si istuc ita certum st tibi:
Pulchra loquutio. Amabo vt illuc transeas: vbi illa st. Ch. Eo. Py.
Abi dorias cito: hunc deduce ad militem.

PET. M. Chremes quanto magis &c̃. Meretriceas artes dolosq; multiplices caute vitandas esse monet hæc scæna: ne irretiti dent pœnas: & imprudentiæ merito accusentur. & vitiosam psonam ac tali dispositione lucrari docet: vt mala semper
Labes. pssumatur: cuius interdũ mala non sit. Labefactarier. Labes dicit macula. Et la
Labefactare. befactare est maculare & infícere. Suspicio dolo malo hæc fieri omnia &c̃. Seruius iurisc̃onsultus (vt est in volumine. ff.) dicit dolũ malum esse machinationem quandã alteri? decipiendi causa: cum aliud simulat: & aliud agit. Labeo sic diffinit. Dolus malus est oms calliditas: fallacia: machinatio ad circũuenien
Dolus mal? dum: fallendũ: decipiendũ alterum adhibita. Dolus malus dicit ad differentiã: qm̃ veteres etiam bonũ dolum dicebant. Et pro solertia hoc nomẽ accipiebant:
Serius maxime si aduersus hostẽ latronemue quis machinareẽ. Rem seriam. i. grauẽ
Frigere & minime iocosam. Accumbere mecũ. i. mecum sedebat. Vbi friget &c̃.
Feruere Desinit ardor ille meretriceus blandiendi sermonẽq; querẽdi. Vnde dicit opus etiã frigere cum intermittit. Feruere cũ celebra: & fit cũ diligentia. Vt est audacia meretricũ. s. q̃ sine pudore audent omnia. Vt venirẽ serio. i. sine nugis &
Lepidus iocis. O capitulũ lepidissimũ. i. iocundissimũ nobisq; charissimũ & nõ inuenustũ. Nihil minus. s. faciã. i. nõ manebo. Amabo vt illuc trãseas vbi ea est. id est p transitũ illuc eas vbi est thais. Dixerat em̃ chremes: Rus eo. & sic ostendit non esse incõmodum chremeti illuc iter facere vbi erat thais.

PAVLVS. In hoc proloquio est insinuatio illius psone cui narraturus est chærea: quæ a seretro post scænam facta sunt. Hoc aũt fit potissimũ populi gratia: vt id auribus p̃cipiat. quod pceta honeste oculis obiicere non potuit.

ANTIPHO ADVLESCENS.

Senarij: Septenarij: Quadrati Catalectici.

Eri aliquot adulescentuli coimus in Pyręo:
h In hunc diē vt de simbolis essemus. Chęreā ei rei
Pręfecimus: dati anuli: locus: tempus constitutumst.
Pręterijt tempus: quo in loco dictumst: parati nihil est.
Homo ipse nusquāst: neq; scio q̄d dicā: aut quid cōiectem.
Nunc mihi hoc negoci cęteri dedere: illum vt quęrā.
Idq; adeo visam si domist, q̄s nā hinc a Thaide exit?
Is est: an nō est? ipsus est: quid hoc hoīes? qui hic ornatus est?
Quid ilud mali est: nequeo satis mirari: neq; conicere.
Nisi quicq̄d est: ꝓcul hinc libet prius quid sit sciscitari.

Coimus.i. cōsensimus. Essemus.i.cō mederemus. Parati ꝑ apparatus.

Chærea sub Eunuchi habitu virgine vitiata vix cognitus. Sciscitari est secretiora rimari.

Heri aliquot adulescen. &c̄. Adulescentulorꝝ amicitia: & id qd' in primis eā facit & cōtinet: hac scænā exprimit̄. Aristo.li.viij. Ethices sic ait. Iuuenū amicitia est ob voluptatē. Viuunt em̄ cū affectu: & id maxime sequūtur qd' sibijpsis est iocundū & p̄sens. Et in.ij. Rhetorices ad Theodoctē sic scribit. Iuuenes amāt sodales magis q̄ alios. quia gandēt cōuiuijs & lucra nōdum desiderant. Essemus.i.comederem⁹ cœnam: in quā quisq; partē suā coniecit. De symbolis.i. partib⁹ & cōiectis in cænā. At quid cōiectem.i.cogitem & ꝑ vero affirmem. Coniectare est dirigere intellectū ad veritatē: qd' ꝓpriū est hoīs solertis & sagacis. Nūc mihi hoc negocij.i.laboris & ꝓuinciæ. Cice. in oratione qua gratias agit senatui de reditu suo sic ait. Vlciscendæ iniuriæ facilior est ratio q̄ beneficij remunerandi: propterea ꝙ superiorē esse cōtra improbos minus est negocij q̄ bonis exequari.

PET.M.

Symbolum Coniectare

Negocium

Hic Chærea nimio profusus gaudio ꝙ virgine potitus est: Antiphoni forte obuio suā fœlicitatē miro affectu narrat: præcaturq; sibi vt cōsilio auxilioq; sit: quo ea deinceps quoq; potiri possit.

PAVLVS.

CHAEREA ANTIPHO.

Octonarij & Septenatij.

Vnq̄s hic est? nemo est: nūq̄s hic me sequit̄? nēo homost.
n Iam ne erūpere hoc licet mihi gaudiū? proh Iupiter
Nunc est tēpus ꝓfecto interfici: cū perpeti me possum:
Ne hoc gaudium cōtaminet vitā ægritudine aliqua.
Sed neminem curiosum interuenire nunc mihi

Hæc ꝟba gestū vultūq; īdicāt exeunt; Instabilitatē fortūæ timet Appatus ad futurā narrationem.

Qui me sequat: quicp iam rogitando obtundat: enicet.

Gestire ẽ sensũ corpis gestu indicare.

Quid gestiã: aut qd lętus sim: quo pgam: vñ emergã: vbi siem
Vestitũ hũc nactus: quid mihi quęrã: sanus sim: an ne insaniã. A.

Ornatus

Adibo: atcp ab eo gratiã hanc quã video velle iníbo.
Chęrea quid est qd' sic gestis? quid ve sibi hic vestitus quęrit?

Occasiõe obuiæ psonæ q̃ turpiť gesta sunt spectatoríbꝰ narrãtur. Blanda & vsurpãda loquutio.

Quid est qd' lętus sis? qd tibi vis? satín sanus? q̃d me aspectas?
Quid taces? Ch. O festus dies hominis: amice salue.
Nemo est quẽ ego magis nunc cuperem videre cũ te. An.
Narra ístuc quæso quid siet. Ch. Immo ego te obsecro hercle vt
Nostín hanc quam amat frater? An. Noui: nempe (audías.
opínor Thaidem. Ch.

Thaidem. & sic eam nouisse probat.

Istã ipam. An. Sic cõmeminerã. Ch. quędã hodie est ei dono data
Virgo: quid ego eius tibi nunc faciẽ prędicẽ aut laudẽ Antípho:
Cum ípm me noris cũ elegans formarũ spectator siem?

Narratio flagitij.

In hãc cõmotus sum. An. Aín tu? Ch. Primã dices scio si víderis.
Quid multa verba? amare cœpi: forte fortuna domi
Erat quidã Eunuchus: quẽ mercatus fuerat frater Thaidi:

Submonuit .i. leniter monuit.

Necp ís deductus etiã tum ad eam: summonuit me Parmeno
Ibí seruus qd' ego arripui. An. q̃d id est? Ch. Tacit?: citius audies.

Correptio intercipiẽtis narrationem.

Vt vestẽ cum eo mutem: &, p illo iubeã me ducier. An.
Pro Eunuchon? C. sic est. An. q̃d ex ea re tandẽ vt caperes cõmo-

Res amanti gratíssimæ. Attẽd' mirã poetæ artẽ.

Rogas? viderẽ: audirẽ: essẽ vna qua cũ cupiebã Antípho? (di. C.
Num parua causa: aut parua ratio est? traditus sum mulieri.
Illa ílico vbi me accœpit: lęta ad se adducit domum.

hic em̃ locus & errorꝭ initium: & ꝟgis cõuitiũ continet.

Cõmendat ꝟginẽ. An. cuí? tibi ne? C. mihi. A. satís tuto tamẽ. C.
Edícit ne vir quíscp ad eã adeat: & míhi ne abscedã ímperat:
In ínteriore parte vt maneã solus cum sola: adnuo:

Occasio a solitudine.

Terrã íntuens modeste. An. miser. C. Ego ínqt ad cœnã hinc eo.
Abducit secũ ancillas: paucę quę circum illã essent manent

Nouitię puellę: continuo hę adornant vt lauet.
Adhortor, pperent: dum apparaṫ: virgo in conclaui ſedet.
Suſpectans tabulā quandā pictā: vbi inerat pictura hęc: Iouem
Quo pacto danæ miſiſſe aiunt quodā in gremiū imbrē aureum.
Egomet quoq; id ſpectare cœpi. & quia cō ſimilem luſerat
Iam olim ille ludum: impendio magis animus gaudebat mihi
Deum ſeſe in hominē cōuertiſſe: atq; p alienas tegulas
Veniſſe clanculū per impluniū fucum factum mulieri.
At quē deum? qui templa cœli ſumma ſonitu cōcutit.
Ego homuncio hoc nō facerē? ego illud vero ita feci ac lubens.
Dum hęc mecū reputo: accerſitur lauatū interea virgo.
It: lauit: redit: deinde illā in lecto illę collocant.
Sto expectās ſi q̄d mihi imperēt. venit vna: heus tu inq̄t dore
Cape hoc flabellū: & ventulum huic ſic facito dum lauamus.
Vbi nos lauerimus: ſi voles lauato. accipio triſtis. An.
Tum equidē iſtuc os tuū impudens videre nimium vellem:
Qui eſſet ſtatus: flabellum tenere te aſinū tantum. Ch.
Vix elocutaſt hoc: foras ſimul omnes proruunt: ſe
Abeunt lauatū: perſtrepunt: ita vt ſit domini vbi abſunt.
Interea ſomnus virginē opprimit: ego limis aſpecto
Sic p flabellum clanculū: & ſimul alia circumſpecto
Satine explorata ſint: video eſſe: peſſulum hoſtio obdo. An.
Quid tū? Ch. q̄d quid tū fatue? An. Fateor. Ch. an ego occaſionē
Mihi oſtentatā tam breuē: tam optatam: tam inſperatā
Amitterē? tum pol ego is eſſem vere qui aſſimulabar. An.
Sane hercle vt dicis: ſed interim de ſymbolis quid actum ſt? Ch.
Paratū ſt. A. frugi es: vbi? domin? C. Immo apud libertū diſcū. A.
Perlonge ſt: ſed tanto ocyus, pperemus: muta veſtem. Ch.
Vbi mutem? perij: nam domo exulo: nunc metuo fratrem
Ne intus ſit: porro autē pater ne rure redierit iam. An.

Cōclaue ē locus ſecretior i penetralib⁹.
Tabula de Ioue danæq; Ludū: nō ſcelus dicit.
Archaiſmos Fucū factū .i. vt fucū faceret: id eſt aſſutā fraudē.
Locus a maiore. Accerſit Nuptiale ỳbū. Mira breuitas.
Puellaris error exprimit Triſtis. ſiſanē non vere.
Tenere flabellū. qđ officiū delicatorū ē.
Mos familiæ petulātis.
Limis. id eſt tranſuerſis.
Clauſo gutture explicata narratio.
Auxeſis. Eſt etiā diſſolutio color. qui aſſ. eunuch⁹
Frugi ē in q̄ aliquid eſt q̄ fruamur.
Propemus .i. ābulem⁹.

Ad me.i. in domũ meã. Porro.i. deinceps.

Eamus ad me: ibi proxumum st vbi mutes. Ch. Recte dicis.
Eamus: & de istac simul re quo pacto porro possim
Potiri: consilium volo capere vna tecum. An. Fiat.

PET. M.

Num quis hic est. Adulescentz voti cõporis & cupientz animi sui læticiã cæteris notã esse: vt ipse amorẽ capiat: voluptatẽ: gestientẽ leticiã: hæc scæna exprimit. Illius decorẽ fuans q ppter ætatẽ ibecillitatẽq; cõsilij ac sensitiui appetitus vehementiã nil magis exoptat q; optata voluptate frui: calore naturali & voluptatũ illecebris ipm impellentib⁹. Deniq; quantũ exempla maiorũ in vtrãq; partẽ possint ad mores: docet exẽplo Chæreæ. quẽ iouis autoritas ad vitiũ virgini inferendũ accendit. Dum apparat ẏgo in conclaui &c̃. Conclauia (inqt Sextus pom.) dicunt loca quæ vna claue claudunt. Impendio. i. multo. Gel. li. vij. sic ait. Sed & eum impendio magis ex reb⁹ gestis q; ex illo ostento: virũ esse ẏ tutis eximiæ credendũ est. Et li. vlti. sic scribit. Qd vero dixi quædã eẽ impendio molliora. Clanculũ per impluuiũ &c̃. Impluuiũ (inqt Asconius pedian⁹) est locus sine tecto ĩ ædib⁹: quo impluere imber in domũ possit. Mihi deũ in hominẽ sese cõuertisse. In hoiem. i. in humanos affectus. quæ cõuersio & fictio moribus nocet plurimũ. Quappter Cice. in prima tusculana. sic ait. Necq; Homerũ audio qui Ganymedẽ a dijs raptũ ait, ppter formã vt ioui pocula ministraret. Fingebat hæc Homerus: & hũana ad deos transferebat: diuina mallẽ ad nos. & Aristo. li. i. Ethices dicit: Nam cũ dij ad nos referunt: sane vident ridiculi. Diuus ille Plato. li. ij. de repub. loquens de fabulis sic ait: Deor⁹ pugnas & cætera id genus quæ Homerus scripsit minime in ciuitatẽ recipe debemus: siue p allegoriã dicta hæc sint: siue sine allegoria. Non em̃ adulescẽs hæc dignoscere põt. Sed quæ in ea ætate opinionib⁹ accipiunt: altius inherent. difficiliusq; eradicari cõsueuerũt. Et in primo de repu. dicit: Fabulã de ganymede vehemẽter culpamus: q aduersus iouẽ ficta sit. vt cũ ab eo leges earũ originẽ habuisse credãtur: eũ deũ imitantes q leges cõdidit: hac etiã voluptate fruant. Sed fabula quidẽ valeat &c̃. Cice. li. i. offi. sic ait. Luxuria vero tum omi ætati turpis: tum senectuti fœdissima est. Si autẽ & libidinẽ intẽperantia accesserit duplex malũ est: q & ipsa senect⁹ cõcipit dedecus: & facit adulescentiũ imprudentiorẽ intẽperantiã.

Ganymedes

Contra luxuriam.

Limus Pessulum

Ego limis aspecto oculis. i. transuersis & obliquis. Limus inqt Sex. Pompei. obliquus i. transuersus. Vñ & limina. Pessulum ostio. Pessulum lignũ quod ostio obijcitur. Frugi es. i. vtilis: vt fruges quibus vtimur.

PAVLVS.

Hic Dorias inducit q terribilẽ credat militẽ: vt eo magis van⁹ posteo ridiculusq; esse possit. tum qd post scænã. i. in cõuiuio militis gestũ sit: ancilla demõstrat. e q bus, pfecto ea quæ in pscænio gerentur agnoscere poterimus.

ACTVS QVARTVS

DORIAS. Eiusdem rationis.

Ita me dij bene ament: quantuũ ego illum vidi: nõ nihil timeo misera:
Neq̃ ille hodie insanus turbã faciat: aut vim Thaidi.
Nam postq̃ iste aduenit Chremes adulescẽs frater virginis:
Militẽ rogat: vt illũ admitti iubeat: ille cõtinuo irasci:
Neq; negare audere: Thais porro instare: vt hominẽ inuitet.
Id faciebat retinendi illius causa: quia illa quę cupiebat
De sorore eius indicare: ad eam rem tempus nõ erat.
Inuitat tristis: mansit ibi: illa cũ illo sermonẽ ilico.
Miles vero sibi putare adductum ante oculos æmulum:
Voluit facere cõtra huic ægre, heus inquit puer Pamphilã
Accerse vt delectet hic nos: illa exclamat minime gentiũ:
In cõuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium.
Interea aurũ sibi clam mulier demit: dat mihi vt auferã:
Hoc est signi: vbi primũ poterit se illinc subducet scio.

Illũ .s. militẽ. Thrasonem. Infinitum ꝓ finito.

Instare. i. instabat. Locus agnoscẽde ꝟginis.

Trist;. i. iuit⁹ Pã. Daui cõsiliũ exequit̃. Tẽdere. i. ꝑui cacit̃ nitebat̃. Verg. vasto certamine tẽdunt Subducet ꝓprie dicit: id est subtrahit

Ita me dij ament &c̃. Muliebrẽ timiditatẽ: cautionẽ meretriceã & hominis stolidi zelotypiq; importunitatẽ & impetũ animi ad iurgia præcipitẽ: hæc scæna exprimit. Adductum ante oculos æmulũ. Emulatio (inquit Cice. in. iiij. tusculana.) duplex illa quidẽ dicit̃: vt & in laude & in vitio hoc nomen. Nam & æmulatio ꝟtutis imitatio dicit̃. Sed ea nihil hoc loco vtimur est em̃ laudis. & est æmulatio ægritudo: si eo qd̃ cõcupierit alius potiat̃: ipse careat.

PET. M.

Aemulatio.

Ratiocinantẽ & cogitabundũ Phædriã inducit: secũ reputantẽ quid incõmodi perpetiet̃ intercepti amoris: si totũ biduũ ruri ꝑmanserit. Sed vicit amor: eaq; gr̃a importune in vrbem reuersus fingit̃: vt iurgiũ militis tollatur.

PAVLVS.

PHAEDRIA.

Senarij.

Vm rus eo: cœpi egomet mecum inter vias:
Ita vt fit vbi quid in animo est molestię:
Aliam rem ex alia cogitare: & ea omnia in
Peiorem partem: quid opust verbis? dum hęc reputo:
Preterij imprudens villam: longe iam abieram:
Cum sensi redeo rursum: male verum me habens:
Vbi ad ipsum veni diuerticulum constiti.
Occœpi mecum cogitare: hem biduum hic
Manendum soli sine illa? quid tum postea?
Nihil est: quid mihi si non tangendi copiast?
Eho ne videndi quidem erit? si illud non licet:
Saltem hoc licebit: certe extrema linea
Amare: haud nihil est: villam prętereo sciens.
Sed quid hoc est quod timida subito egreditur Pythias?

Temp⁹ postulat phædriæ reditū vbi acta sūt oīa que illius absentiā desiderabant.

Diuerticula dicunt diuersoria seu domicilia pegrinantium.

Quīq; amoris linee. videre: colloq: tāgere: osculari dormire.

PET. M. Dum rus eo &c. Vis amoris & illius incōstantia q in castris militat cupídineis ac venereis cōpede vinctus est adeo vt sui iuris non sit: hac scæna exprimit. Iccirco Clereta Lena apud Plautū in Asinaria sic adulescentē alloquit. Fixus hic est apud nos aīmus tuus clauo cupidinis. Remigio velocq; quantū potéris fuge: q̄ magis te in altū capessis. tam æstus te in portū refert. Preterij imprudēs villā. Villa est dom⁹ ruralis: sic dicta a via ꝓpe quā poni debet ꝓpter cōmoditatē imponendi aliqd & exportandi. Vbi ad ipsum veni diuerticulū &c. Diuerticula sunt loca vñ deflectim⁹ iter ad villā: quæ nō multū distat a via publica. Est igit diuerticulū deflexus a via. Vñ Iuuenal. p trāslationē dicit: A diuerticulo repetat fabula. Inde diuersoria & diuortia apud Vergiliū. Obijciūt eqtes sese ad diuortia nota. Haud nihil est. q̄si diceret: aliqd est frui amoris effectu: eo modo qui p tēporis cōditione cōceditur. Videre. s. si ad ipsum cōtactū venire nō datur rei cōcupitæ vel amatæ.

Vllia.

Diuerticulū.

Diuersoriū.

PAVLVS. In sequenti scæna oꝑepreciū erat aliquid delectatiōis ex q̄rela Pythiæ & errore Phædriæ spectatorib⁹ offerre. Nam magnope ancilla de stupro Eunuchi cōqueritur: qd certe Phædriæ difficile creditu videbatur.

PYTHIAS DORIAS ANCILLAE. PHAEDRIA. Quadrati: Senarij: & Dimiter vnus.

Bi ego illū scelerosū misera atq; ipiū iuueniā? aut vbi q̄rā? Hoccine tam audax facinus facere esse ausum? Ph. Perij:

Scœlerosus plus ē q̄ scœlestus. Archaismos

hoc quid sit vereor. Py.
Quinetiã insup: scœlus: postq̃ ludificatust virginẽ:
Vestem omnẽ miserę discidit: tum ipsam capillo cõscidit. Ph.
Hem. Py. Qui nunc si detur mihi:
Vt ego vnguib⁹ facile illi in oculos inuolẽ venefico: Ph.
Nescio quid, pfecto absente nobis turbatumst domi:
Adibo: quid istuc: quid festinas: aut quẽ quęris Pythias: Py.
Hem Phędria: egon quẽ quęrã: abi hinc quo dignus es cũ donis
Tuis tam lepidis. Ph. Quid istuc est rei: Py.
Rogas me: Eunuchum quẽ dedisti nobis quas turbas dedit:
Virginẽ quã heræ dederat dono miles vitiauit. Ph. quid ais: Py.
Perij. Ph. Temulẽta es. Py. vtinã sic sint q̃ mihi male volũt. Do.
Hau obsecro mea Pythias: quod istuc nam monstrũ fuit: Ph.
Insanis: qui istuc facere Eunuchus potuit: Py. Ego illum nescio
Qui fuerit: hoc quod fecit res ipsa indicat.
Virgo ipsa lachrumat: neq; cũ rogites quid sit: audet dicere.
Ille autẽ bonus vir nusquã apparet: etiã hoc misera suspicor
Aliquid domo abeuntẽ abstulisse. Ph. Nequeo mirari satis
Quo ille abire ignauos possit longius: nisi si domum
Forte ad nos redierit. Py. vise amabo num ibi sit. Ph. iã faxo scies
Peri obsecro tã infandũ facin⁹ mea tu ne audiui quidẽ. Py. (Do.
At pol ego amatores audierã esse mulierum eos maximos:
Sed nihil posse, verum misere nõ in mentem venerat.
Nam illum aliquo conclusissem: neq; illi cõmisissem virginẽ.

Quinetiã. accusatio facti. Exprimit vitiũ illatum virgini. Vngues et lingua mulierũ arma sunt. Phædriæ insonti crimen imputat. Eunuchum quẽ: antiptosis. Ver. Vrbẽ quã statuo vrã est Temulẽta. i. ebria. a temeto vĩo graui Monstrũ foret eunuchũ vitiare virginem. Argumẽtis factũ oñdit Ironicos. Oẽs suspitiones ad eunuchũ reuocat. Faxo. i. faciã. Tu. Eclypsis .s. audiuisti.

Vbi illũ ego scœ &c. Irã muliebrẽ: & aĩm vindictæ imprimis cupidũ: imprudentiã & post factum pœnitẽtiã hæc scæna exprimit. Arrogat quippe sibi multũ fœmina: & si læsa fuerit vt tygris raptis catulis insidiatur vt vulpecula: & rumpitur si vlciscinon datur. nihilq; habens ad vindictam ,ppter animi mobilitatem su spirat. Vnde dicit Iuuenal⁹. Nemo magis gaudet vindicta q̃ fœmina. Oppositũ facit anim⁹ generosus & magn⁹: de q̃ sic scribit Seneca. Si magna animis fuerę: cũ inimicũ irrptãte tua viderę: vindictã putabis vindicasse potuisse. PET. M.

Scito em̄ honestū & magnū vindictæ gen⁹ esse ignoscere. Arist. in. iiij. morai. de natura viri magnanimi sic ait. Nec est memor mali sibi illati. Nō est em̄ magnanimi meminisse p̄sertim mala: sed potius despicere. Postq̄ ludi. &c̄. Plautus in bachidibus: Mea causa de auro qd' eum ludificatus est. Vnguibus facile &c̄. Inuolare est irruere & insilire (inquit Nonius) a volatu aut a vola. i. media manu dictum.

Inuolare

PAVLVS: In hac sequenti scæna facetus & iucundus error est: quādo quidē Phædria credit esse Eunuchū ipsum qui quærat̄ ꝓinde sic indignat⁹ eum aggredit̄: vt secum iniuriā expostulet. tum signis & argumentis comperit Chæream fratrem scœlus perpetrasse.

PHAEDRIA DORVS PYTHIAS DORIS

Senarij Septenarij: & Octonarij.

Male cōciliate. i. magno empte.

Os distorsit. i. deturpauit.

Fugā ornabat. s. mutatione vestis.

Error vtriusq̄. s. phedriæ & Pythiæ.

Nostrarū qsq̄i: d est nulla ex his.

Elegans chæreæ descriptio ab ignota.

Vestes exornant hoies.

Xi foras sceleste: at etiam restitas?
e Fugitiue prodi: male cōciliate. Do. Obsecro. Ph. Oh
Illud vide os vt sibi distorsit carnufex.
Quid huc reditiost? quid vestis mutatiost?
Quid narras? paululum si cessassem Pythias:
Domi non offendissem: ita iam ornabat fugam. Py.
Habes ne hoīem amabo? Ph. q̄d ni habeā? Py. O factū bene. Do.
Istuc pol vero bene. Py. vbi est? Ph. Rogitas? nō vides? Py.
Videā obsecro quē? Ph. hunc scilicet. Py. Quis hic est hō? Ph.
Qui ad vos deductus hodiest. Py. hunc oculis suis
Nostrarū nunq̄ quisq̄ vidit Phædria. Ph.
Non vidit? Py. An tu hunc credidisti esse obsecro
Ad nos deductum? Ph. Nam quē aliū? habui neminē. Py. hau
Ne comparandus hic quidē ad illumst: ille erat
Honesta facie: & liberali. Ph. Ita visus est
Dudum: quia varia veste exornatus fuit:
Nunc eo tibi videt̄ fœdus: quia illā non habet. Py.
Tace obsecro: quasi vero paululum intersiet.

Ad nos deductus hodie est aduleſcentulus.
Quem tu vero videre velles Phædria.
Hic est vetus: vietus: veternosus: senex.
Colore mustelino. Ph. hem quę hęc est fabula?
Eo redigis me? vt quid egerim egomet nesciam.
Eho tu emin ego te? Do. Emisti. Py. Iube mihi denuo
Respondeat. Ph. Roga. Py. Venistin hodie ad nos? negat.
At ille alter venit annos natus sedecim:
Quē secum adduxit Parmeno. Ph. Agedū hoc mihi expedi
Primum: istam quā habes vnde habes vestem? taces?
Monstrū hominis: non dicturus? Do. Venit Chærea. Ph.
Frat ne? Do. Ita. Ph. quādo? Do. hodie. Ph. cę dudū? Do. mō. Ph.
Qui cum? Do. Cum Parmenone. Ph. noras ne eū prius? Do.
Non. Ph. Vnde igit fratrē meū esse sciebas? Do. Parmeno
Dicebat eum esse: is dedit mihi hanc. Ph. Occidi. Do.
Meā ipse induit: post vna ambo abierunt foras. Py.
Iam satis credis me sobriam esse: & nihil mentitam?
Iam satis certum st virginē vitiatā esse? Ph. Age nunc belua:
Credis huic qd dicat? Py. quid isti credās? res ipsa indicat. Ph.
Concede istuc paululū: audin etiā nunc paululum? sat est:
Dic dum hoc rursum: Chærea tuā vestē detraxit tibi? Do.
Factum. Ph. Et ea st indutus? Do. Factum. Ph. Et pro te huc de-
ductus? Do. Ita. Ph.
Iupiter magne: o sceleſtū atq; audacē hominē. Py. Vę mihi:
Etiā nunc non credis indignis nos esse inrisas modis? Ph.
Mirum ni tu credas quod iste dicat: quid agam nescio.
Heus tu negato rursum: possum ne hodie ex te exculpere
Verum? vidistin fratrē Chæream? Do. Non. Ph. Non pōt sine
Malo fateri video: sequere hac: modo ait: modo negat.
Ora me. Do. obsecro te vo. Phædria. Ph. i intro. Do. hoi hei. Ph.

Eunuchi descriptio.

Chæreæ ætas.

Hic est plautiua imitatio cū in eisdē fit longa disputatio.

Oblique interrogatiōes: quibus testimonia deriuare nititur.

Eunuchus rem aperit.

Hoc memoriter dictū retinuit: temulenta es.

A psona ad factū se cōfert Sic iterrogat vt ea negari vellet.

Exclamatio bifariā accipienda.

Elegans locutio.

Rursū. i. ecōtrario: ñ iterū

Amplificatio & dilatio quæstionis.

Intro. terribiliter ꝓtertur. Alio pacto honeste quo modo hinc abeam nescio:

Deploratio. Actumst siquidē: tu me hic etiā nebulo ludificabere: Py.

Techna græcæ. i. ars seu fallacia. Parmenonis tā scio esse hanc technā: ꝙ me viuere. Do. sic est. Py.

Oeconomia ad futurū fabule exitū. Inueniam hodie parem vbi pol referam gratiam.

Prouerbiū dialecticū. Sed nunc quid faciendū censes Dorias: Do. De istac rogas

Sanū cōsiliū. Virgine: Py. Ita: vtrū taceā ne an prędicem: Do. Tu pol si sapis.

Modo. i. tantūmodo. Quod scis nescis: neꝙ de istoc Eunucho: neꝙ de vitio virginis.

Archaismos Hac re & omni te turba euolues: & illi gratum feceris.

Scibo ꝓ sciā. Id mō dic abisse Dorum. Py. Ita faciā. Do. Sed videon Chremē:

Thais iā aderit. Py. ꝙd ita: Do. ꝙa cū inde abeo iam tū incœperat

Turba inter eos. Py. aufer aurum hoc: ego scibo ex hoc quid siet.

PET. M. Exi foras scœleste &c̄. Amantis diligentiā vt aliquid amice gratificet & inseruiat: necnō vehementiā in mulctā irrogandā rei amatæ gratia: atꝙ mulierculārū cōmenta & cautionē ne in caput ꝓprium delicta recidant: hæc scæna exprimit. Quisꝙ em̄ natura duce nisi insaniat ꝓ tēporis ratione sibi cauet. Est nāꝙ incassum illa prudentia quæ rebus suis prospicere nescit. At etiam restitas fugitiue. Vlpianus li. xxi. ff. de ædilitio edicto sic ait. Dicunt ædiles: Qui mancipia vendunt: certiores faciūt emptores quid morbi vitiꝙ sit: qui fugitiu⁹ erro ve sit. Et Cicero li. iij. offi. sic ait. Qui scire debuit de sanitate: de fuga: de furtꝙ præstat edicto ædilium. Phædria hic est vietus. Vietus inquit. Sex. Pompe. dicit

Vietus languidus sine vi: & naturali b⁹ priua t⁹ viribus. Cicero in Catone maiore. Sed necesse fuit esse aliquid quasi vietum & caducū. Veternosus dicit is qui mor

Veternosus. bo & incōmodo senectutis laborat. Vnde Vergi. in Geor. Nec torpore diu grauis passus sua regna veterno. Veternosus etiam autore Pompe. dicit is qui graui præmit somno. Cato inquit. Veternosum hydropicū intelligere voluit cū

Techna dicit: Veternosus ꝙ plurimum bibit tam maxime sitit. Tam scio esse technam. i. artem & fraudem. Techna græce latine dicitur vas & machinamentū. & Technitus dicitur artificiosus: & Techniteuo est aliquid artificiose molior.

PAVLVS. Hic Chremes vino semigrauis inducitur: exprimens egregie temulentorꝝ conditionem: priorum memor: præsentibus titubans: quemadmodum egregie compoti solent.

CHREMES PYTHIAS

Octonariꝯ.

T at data hercle ẏba mihi sunt: vicit vinũ qđ bibi.
a Ac dum accubabã: q̃ videbar mihi esse pulchre sobrius:
Postq̃ surrexi: neq̃ pes: neq̃ mens satis suum officium facit. Py.
Chreme. Ch. quis est: ehem pythias: vah quanto nunc formosior
Videre mihi q̃ dudũ. Py. Certe tu quidẽ pol multo hilarior. Ch.
Verbũ hercle hoc verũ est: Sine cerere & libero friget Venus.
Sed Thais multo ante venit. Py. An abijt iam a milite: Ch.
Iamdudum ætatem: lites sunt inter eos factę maxumę. Py.
Nihil dixit tũ vt seq̃re sese. Ch. Nihil: nisi abiens mihi innuit. Py.
Eho nõne id sat erat: Ch. At nescibã id dicere illam: nisi quia
Correxit miles: quod intellexi minus: nam me extrusit foras.
Sed eccam ipsam: miror vbi ego huic anteuorterim.

At at interiectio est paulatim percepti mali.
Temulenti conditio.
Dudũ. i. paulo ante.
Sententia ẏa
Metonomia hic triplex est
Iãdudũ ætatem. i. longo tempore.
Simplex oĩno chremes inducitur

At at data hercle &c̃. Ebrietatis causa & effect9 hac scæna exprimunt̃. Corrumpitur quippe iudiciũ rationis: & linguæ pedumq̃ titubatio sequitur: quo nihil turpius excogitari potest. Quapropter stoici quos Cicero in tuscu. disputationibus sequitur: omniũ malor̃ fontẽ esse intemperantiã: officiorũ vero temperantiã dicũt. Ideo dicit a græcis cõseruatrix mentis & prudentiæ. Plato. li. vi. de legibus sic ait: Bibere vsq̃ ad ebrietatẽ neq̃ alibi vnq̃ decet: præterq̃ in solennitatibus eius dei qui largiens est vinum. PET. M. Ebrietas. Temperãtia

In hac sequenti scæna habetur colloquiũ Thaidis & Chremetis armantiũ se ad bellũ contra militem quẽ rapturũ virginem formidabant: & inducit Thais longe animosior ipso Chreme. PAVLVS.

THAIS CHREMES PYTHIAS

Octonarij & Septenarij.

Præ nimia litigij cõcitatõne nec militẽ nec virginẽ nominat.
Redo q̃dẽ illũ iam affuturũ esse: vt illa a me eripiat: sine
c. Vt vẽiat. q si illã digito attigerit vno: oculo ilico effodiẽt̃
Vsq̃ adeo ego illi9 ferre possũ ieptias: & magnifica ẏba:
Verba dum sint: verũ em̃ si ad rem cõferent̃: vapulabit. Ch.
Aposiopo
Indignãt̃ (sis hec dicit.
Vapulabit miles. i. percutietur.

Thais ego iã dudũ hic adsũ. Th. O mi Chreme teip̃m expectabã.
Scin tuturbã hanc te ꝓpter esse factã? & adeo ad te attinere hãc
Oẽm rem? Ch. ad me? qui q̃si istuc? Th. q̃a dũ tibi sororẽ studeo
Reddere & restituere: hęc atq; huiusmodi sum multa passa. Ch.
Vbi east? Th. Domi apud me. Ch. hem. Th. quid est?
Educta ita vt teq; illaq; dignumst. Ch. q̃d ais? Th. Id qd' res est.
Hanc tibi dono do: neq; repeto ꝓ illa abs te quidq̃ precij. Ch.
Et habet̃ & refert̃ a me Thais tibi: ita vti merita es gratia. Th.
At em̃ caue ne priusq̃ hanc a me accipias amittas Chreme.
Nam hęc ea est quã miles a me vi nunc ereptum venit.
Abi tu cistellam Pythias domo effer cum monumẽtis. Ch.
Viden tu illũ Thais? Py. vbi sita est? T. In Risco: odiosa cessas? C.
Militẽ secum ad te quantas copias adducere. Th.
At at: num formidolosus obsecro es mi homo? Ch. Apagesis:
Egon formidolosus? nemo est hoĩm qui viuat minus. Th.
Atq; ita opus est. Ch. hau metuo: quẽ tu me esse hoĩem existu-
Immo hoc cogitato: q̃ cũ res tibi est: ꝑegrinus est: (mes? Th.
Minus potẽs q̃ tu: minus notus: amicoꝝ hic minus habens. Ch.
Scio istuc: sed tu quod cauere possis stultum amittere est.
Malo ego nõ prospicere q̃ hunc vlcisci accœpta iniuria.
Tu abi atq; hostiũ obsera intus: dum ego hinc trãscurro ad forũ.
Volo ego adesse hic aduocatos nobis ĩ turba hac. Th. mane. Ch.
Melius est. Th. Mane. Ch. Omitte: iã istic adero. Th. Nihil opus
est istis Chreme
Hoc hic modo: sororẽ illã tuã esse: & te paruã virginẽ
Amisisse: nunc cognosse: signo ostende. Py. adsunt. Th. Cape:
Si vim faciet: in ius ducito hominẽ: intellextin? Ch. ꝓbe. Th.
Fac hęc animo pręsenti dicas. Ch. faciã. Th. attolle pallium.
Perij huic ipsi est opus patrono: quem defensorẽ paro.

Vt rustic⁹ pudens & timidus turbat⁹ est his ꝟbis.
Beneficiũ exhibet: nõ precio secũ agit.
Faceta ẽ gratiaꝝ actio.
Ad bellum suadendũ insinuat.
Monumẽta sunt q̃ inepti instrumenta vocant.
Timorꝫ indicium.
In risco. i. in fenestra: phrigiũ ꝟbũ est.
Apagesis. ꝟbũ comicũ. siue aduerbiũ græcum i. recede.
Qui cũ. i. cũ q̃. Facilẽ victoriam proponit.
Snĩa sana.
Timoris indicium.
Fugiẽdi occasionẽ quærit
Ab iusto & possibili.
Nã vinolento ciuiliter resisti solet.

Credo equidem illum iamdudum &c̄. Meretricis confidentiā & ad omne facinus audaciā perditam: necnō studiū & artem captandi fauoris in aliqua difficultate ac primos motus in ptāte nostra nō esse Chremetis exemplo hæc scæna docet & exprimit. In risco. Riscus (inquit Nonius) est locus in parietibus angustus. PET. M. Riscus.

Hic inepti militis vanitas demonstrat: qui ad amicā tanq̄ ad hostilem exercitū pergit concito cursu: irritato animo: quatienti capite: furienti similis aciem instruit: ad pugnam ꝓgreditur: Daui tamen suasu facile exercitum dirimit: & verbis contendit. PAVLVS.

THRASO GNATO SANGA CHREMES THAIS

Septenarij: & Quadrati.

Ancine ego vt cōtumeliā tā insignē ī me accipiā Gnato?
h Mori me satius est. Simalio: Donax: Syrisce: sequimini.
Primum ædis expugnabo. Gna. Recte. Thr. Virginem eripiam. Gna. Probe. Th.
Male mulctabo ip̄am. Gn. Pulchre. Thr. In mediū huc agmē cū Donax: tu Simalio in sinistrū cornu: tu Syrisce in dextrū. (vecti
Cedo alios: vbi cēturiost Sāga? & manipul⁹ furū. S. eccū adest. T.
Quid ignaue peniculon pugnare q̄ istuc huc portas cogitas? Sā.
Ego ne imperatoris virtutē nouerā: & vim militum:
Sine sanguine hoc fieri nō posse: quin abstergerē vulnera? Thr.
Vbi alij? San. Qui malū alij? solus Sannio seruat domū. Thr.
Tu hosce īstrue: hic ego ero post prīcipia: inde oībus signū dabo.
Illud est sapere: vt hosce instruxit: ipse sibi cauit loco. (Gna.
Idē hoc pyrrhus factitauit. Ch. viden tu Thais quā hic agit rem?
Nimirū consiliū illud rectum est de occludendis ædibus. Th.
Sane qd̄ tibi nunc vir videat̄ esse: hic nebulo magnus est:
Ne metuas. Ch. q̄d videt̄. Gna. Fundā tibi nunc nimis vellē dari:
Vt tu illos ꝓcul ex occulto hinc cederes: facerent fugam. Thr.
Sed eccam Thaidē ipsā video. Gn. q̄ mox irruimus. Thr. mane.

Om̄ia fere ꝟba hæc de rebus bellicis transferunt̄. Ordo bellic⁹ Gnato ad oīa assentat̄. Exercitus instructio. Peniculo. i. spongia. Ridicl⁹ose hec Sanga dicit. Pugna sine sanguine. Magnifice hic risum cōmouet. Vt ꝓ postq̄ Irridet militē. Nimirꝝ: sine dubio. Hyperbatō. nebulo ianis van⁹ vl̄ mollis dicitur a nebula. Timorē militis notat.

Snia ꝓbata. Impudēs assentatio. Vsurpatum verbum. Per cōtēptū sic respōdet. Libuit: superbū & meretriciū verbū. Aposiopo/sis secunda. Hæc ꝓnomina multū significantiæ habent. Caue sis. i. si vis. vehemēs meticulosi cōminatio. Adhuc militi assentat̄. Cōminatio rusticana. Cōuitiū in īpudentes inimicos. Periplocasmos. nā multa terribiliter interrogant̄. Lenit⁹ hoc dicit: ne miles audiat. Metalepticos. furtū ꝑ oī fraude & dolo accipit̄. Vide vani īpet⁹ quē exitū sumāt. Ingeniū. i. natu Mulier̄ (rā. conditio.

Omnia prius experiri q̄ꝫ armis sapientem decet.
Qui scis an quę iubeā sine vi faciat? Gn. Di vestram fidem
Quanti est sapere: nunq̄ꝫ accedo quin abs te abeā doctior. Thr.
Thais primū hoc mihi responde: cum tibi do istā virginē:
Dixtin mihi hos dies soli dare te? Th. qd tū postea? Thr. rogitas?
Quę mihi ante oculos corā amatorē adduxisti tuum? Th.
Quid cū illo agas? Thr. Et cum eo clā subduxti te mihi. Tha.
Libuit. Thr. Pamphilā ergo huc redde: nisi vi mauis eripi. Ch.
Tibi illā reddat? aut tu illā tāgas oīm? Gn. Ah q̄d ais? tace. Ch.
Quid tu tibi vis? Thr. Ego nō tangā meā? C. tuā aūt furcifer? G.
Caue sis: nescis cui maledicas viro. Ch. Non tu hinc abis?
Scin tu vt tibi res sese habeat? si quicq̄ꝫ hodie turbę cœperis:
Faciā vt huius loci dieiq̄ꝫ meiq̄ꝫ semp̄ memineris. Gna.
Miseret tui me: q̄ hunc tantū hoīem facias inimicū tibi. Ch.
Diminuā ego tibi caput hodie nisi abis. Gn. Ain vero canis?
Sic ne agis? Thr. q̄s tu hō es? q̄d tibi vis? q̄d cū illa rei tibi est? Ch.
Scibis: principio eam esse dico liberam. Thr. Hem? Ch. Ciuem
Atticam. Thr. hui. Ch.
Meam sororē. Thr. Os durum. Ch. Miles nunc adeo edico tibi:
Ne vim facias vllam in illā. Tha. Ego eo ad sophronam
Nutricē: vt eam adducā: & signa ostendā hęc. Thr. Tun ꝓhibeas
Meā ne tangā? C. ꝓhibeo inq̄ꝫ. G. Audin tu? hic furti se alligat. C.
Satis hoc tibi est. Thr. Idē hoc tu ais? Th. quęre q̄ respōdeat. Thr.
Quid nūc agimus? G. quin redeam⁹: iā hęc tibi aderit supplicās
Vltro. Thr. Credin? Gn. Immo certe: noui ingeniū mulierum.
Noluntobi velis: vbi nolis cupiunt vltro. Thr. Bene putas. Gn.
Iam dimitto exercitū. Thr. Vbi vis. G. Sanga vti fortes decet
Milites: domiq̄ꝫ fociq̄ꝫ fac vicissim vt memineris. San.
Iā dudūst anim⁹ in patinis. G. frugi es. T. Vos me hac sequimini.

Hanccine ego &c. Inanem ostentationē militis glorioſi & ẏba ſeſquipeda- PET.M.
lia & ante periculū audaciā: & in reipſa timiditatē: necnō mores gnatonicos ac
meretricis vehementiā hæc ſcæna exprimit Ariſto. li. iiij. moraliū ſic ait. Auda- Audax
ces quidē fortes ſunt ante ipſa pericula & voluntea ſed cum in ipſis ſunt tergi- Fortis
uerſatur. Fortes autem in ipſis quidē periculis feruidi ſunt: antea vero quieti. Donax
Donax ſyri. Donax latine dicitur fiſtula: calamus harundo tibia: & dona- Donachum
chum dicit arundinetū: & donachodes harundinoſus.

Hic demum virgo a chærea vitiata eſſe cognoſcit: & id quidē opportune. PAVLVS.
Poſtq; cōtra militem defenſa eſt ac retenta: vnde ſtatim ſequent nuptiæ eius &
chæreæ qui illā vitiauit. Is in fine ſcæne vt hæc tractentur interuenit.

ACTVS QVINVVS
THAIS PYTHIAS

Senarij & vnus Catalecticus.

Ergin ſceleſta mecum perplexe loquis:
p Scio: neſcio: abijt: audiui: ego non adfui. Perplex⁹ eſt q̄ neſcit quor ſū ſe vertat.
Non tu iſtuc mihi dictura aperte es quicquid eſt: Rixæ ĩdicia.
Virgo conciſſa veſte lachrimans obticet.
Eunuchus abijt: quāobrem quid factum eſt taces: Py.
Quid tibi ego dicam miſera: illum Eunuchum negant
Fuiſſe. Tha. Quis fuit igitur: Py. Iſte Chęrea. Tha.
Qui Chærea: Py. Iſte ephebus frater Phædriæ. Tha.
Quid ais venefica: Py. Atqui certo comperi. Th.
Quid is obſecro ad nos quāobrem adductuſt: Py. Neſcio: Venefica: cō uitiū comicū in ancillas.
Niſi amaſſe credo Pamphilam. Tha. hem miſera occidi
Infœlix: ſiquidem tu iſtęc vera prędicas: Obſecro do lentis eſt: non negantis.
Num id lachrumat virgo: Py. Id opinor. Th. qd ais ſacrilega: Lachrimat.
Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi: Py. Archaiſmos
Quid facerem: ita vt iuſſiſti ſoli credita eſt. Tha.
Sceleſta: lupo ouem commiſiſti: diſpudet Credita .i. cō miſſa.
Sic mihi data eſſe verba: quid hominis illuc eſt: Py. Frequēs ada gium.
Quid nunc futurum ſt: Mi. id enim quod res ipſa fert: — deprecatione
Illinc huc transferetur virgo. De. o Iupiter: — Scilicet conſumantis.
Iſtoccine pacto oportet: Mi. quid faciam amplius: De. — Exclamatio
Quid facias rogitas: ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet: — tragica excã deſcentis.
Simulare certe eſt hominis. Mi. quin iam virginem — Sẽtẽtia amarulenta.
Deſpondi: res compoſita eſt: fiunt nuptiæ: — A contrarijs
Dempſi metum omnem: hæc magis ſunt hominis. De. cæterum — Sñia feſtiua
Placet tibi factum Mitio: Mi. non: ſi queam — & phyſica.
Mutare. nunc cum non queo: æquo animo fero. — mira ac cõcina
Ita vitaſt hominum: quaſi cum ludas teſſeris. — Analogia
Si illud quod eſt maxume opus iactu non cadit: — Aleæ ludus.
Illud quod cecidit forte: id arte vt corrigas. De. — Corrigas indignanter.
Corrector: nempe tua arte viginti minæ
Pro pſaltria perierè: quæ quantum poteſt
Aliquo abicienda eſt: ſi non precio: at gratis. Mi.
Neq; eſt: neq; illam ſane ſtudeo vendere. De. — Non vult Cthe ſipho.
Quid igitur facies: Mi. domi erit. De. proh diuum fidem: — prodere.
Meretrix & materfamilias erit vna in domo: Mi. — Stomachãtis exclamatio.
Cur non: De. ſanum ne te credis eſſe: Mi. equidem arbitror. De.
Ita me Di ament: vt video ego tuam ineptiam:
Facturum credo: vt habeas qui cum cantites. Mi. — qui cũ. i. cũ q̃

Et noua: verborũ elegãtia

Restim. attende locum reconditum.

Vrbanitas patientis obiurgati.

Cur non? De. & noua nupta eadem hæc discet? Mi. scilicet. De.
Tu inter eas restim ductans saltabis? Mi. probe.
Et tu nobiscum una; si opus sit. De. hei mihi:
Non te hæc pudent? Mi. iam vero omitte Demea
Tuam istanc iracundiam: atq; ita vti decet
Hilarem aclubentem fac tej in nati nuptijs

Exclamatio in vitam & mores.

Ego hos conueniam: post huc redeo. De. o Iupiter.
Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam?

Omnia ecly pticos.

Vxor sine dote veniet; intus psaltria est:

Prouerbium summæ desperationis.

Domus sumptuosa: adulescens luxu perditus:
Senex delirans; ipsa si cupiat salus:
Seruare prorsus non potest hanc familiam.

Hic Syrus egregie cõpotus inducitur: exultans se laute opiparecq; cænatum esse Demea ob temulentiam mordaciter impetit & obiurgat. Attendatur hic etiam exemplum licentiæ seruorum sub miti dño degentium.

QVINTVS ACTVS.

SYRVS DEMEA. Senarij.

Syrus ebrius Syriscum se nominat.

Depol Syrisce te curasti molliter:
Lauteq; munus administrasti tuum:
Abi: sed postq; intus sum omnium rerum satur:

Prodeambulare: huc libitum est. De. illud sis vide

Prodeambulare: verbum delicijs aptum.

Exemplum disciplinæ. Sy. ecce autem hic adest senex

Ironicos ad temulentum

Noster: quid sit? quid tu es tristis? De. o he scelus. Sy.

Sapientia. p Ironiam.

Eho iam tu verba fundis hic sapientia. De.

Aposiopo sis.

Tum si meus esses. Sy. Dis quidem esses Demea.

Dis. i. diues.

Ac tuam rem constabilisses. De. exemplum omnibus

Exemplũ sobrietatis.

Curarem vt esses. Sy. quam ob rem? quid feci? De. rogas?

Importunus Demea põposis verbis cum ebrio litigat.

In ipsa turba atq; in peccato maxumo:
Quod vix sedatum satis est: potasti scelus: quasi
Re bene gesta. Sy. sane nollem hunc exitum.

In sequenti scæna interuentu cuiusdam parasiti seu comessatoris Cthesipho adulescens a patre suo Demea deprehensus esse ostenditur.

DROMO. SYRVS. DEMEA. Senarij.

Redeas: per hoc ostenditur etiam Cthesipho esse ebrius.

Eus heus Syre rogat te Cthesipho vt redeas. S. abi. De.
h Quid Cthesiphonē hic narrat? Sy. nihil. De. eho carnu-
Est Cthesipho it⁹? Sy. nō ē. De. cur hic noīat? Sy. (fex

Diligenter inquirit pater.

Est alius quidam parasitaster paruolus:

Parasitaster imitator parasitorum.

Nostin? De. iam scibo. Sy. quid agis? quo abis? De. mitte me. Sy.
Noli inquam. De. non manum abstines mastigia?

Hoc dicens baculo minatur.

An tibi mauis cerebrum dispergi hic? Sy. abīt.
Edepol commessatorem haud sane commodum:

Demisso vultu, pnūciandum.

Præsertim Cthesiphoni, quid ego nunc agam?
Nisi dum hæ silescunt turbę interea in angulum
Aliquō abeam? atq; edormiscam hoc villi? sic agam.

Edor. id ē de sumē exhalē

Demea vbi resciuit rem de amore Cthesiphonis summa cū indignatione in exclamationē prupit. Hūc Mitio vtcūq; potest placabilem reddere nititur: pollicens se sumptū vtricq; Cthesiphoni & Aeschino suppeditaturum. Deinde modeste auariciam senilem carpit. Postremo Demea aspere Psaltriā rus abstractarum comminatur: ad æstum ac laborem duriter ppetrandū.

MITIO. DEMEA.

Senarij omnes.

His vbis apparet Sostratā pleraq; ad nuptias spectātia dixisse.

Arata a nobis sunt ita vt dixi Sostrata
p Vbi vis, quis nā a me pepulit tam grauiter fores? D.
Hei mihi quid faciam? quid clamem? aut querar?

Miro labore poeta decorū personarū obseruauit.

O cœlum: o terra: o maria Neptuni. Mi. hem tibi
Resciuit omnem rem: id nunc clamat scilicet:
Paratæ lites: succurrendum est. De. eccum adest
Communis corruptela nostrorum liberum. Mi.
Tandem reprime iracundiam: atq; ad te redi. De.
Repressi: redi: mitto maledicta omnia:
Rem ipsam putemus: dictum inter nos hoc fuit:

Nostrū liberum sic trimeter constat.

Demeæ perspicax ratiocinatio.

Confessio

Ex te adeo est ortum: ne tu curares meum:

Inclamatio inuidiosa.

Neve ego tuum: respondé. Mi. factum est: non nego. De.
Cur nunc apud te potat: cur recipis meum:
Cur emis amicam Mitio: num qui minus
Mihi idem ius æquom st esse: quid mecum st tibi:

Vet⁹ adagiū

Quando ego tuum non curo: ne cura meum. Mi.

Nō vultuose legēdum. Prouerbium

Non æquom dicis. De. non: Mi. nam vetus verbū hoc quidēst.
Communia esse amicorum inter se omnia. De.
Facete nunc demum ist æc nata oratio st. Mi.
Auscultā paucis: nisi molestum st Demea.

Figurata loquutio.

Principio si id te mordet sumptum filij

Duos: collidit in scāsiōe.

Quem faciunt: quæso facito: hæc tecum cogites.
Tu illos duos olim pro te tollebas tua.

Auariciam Demeæ notat.

Quod satis putabas tua bona ambobus fore.
Et me tum vxorem credidisti scilicet
Ducturum: eandem illam rationem antiquam obtine.
Conserua: quære: parce: fac q̄ plurimū
Illis relinquas: gloriam tu istam obtine.

Mitionis liberalitas

Mea quæ præter spem euenare vtantur sine.

Ornatus.

De summa nihil decedet: quod hinc accesserit.

decedet. s. tibi

Id de lucro putato esse: omnia hæc si voes

Ab vtili & honesto.

In animo vere cogitare Demea:
Et mihi: & tibi: & illis dempseris molestiam. De.

Eclypsis.

Mitto rem: consuetudinem ipsorum. Mi. mane.

Moral⁹ et blāda correptio

Scio: istuc ibam: multa in homine Demea
Signa insunt: ex quibus coniectura facile fit:

Obscura ratiocinatio.

Duo cum idem faciunt: sæpe vt possis dicere:
Hoc licet impune facere huic: illi non licet.
Non quod dissimilis res sit: sed quod is qui facit:

Quæ ego esse in illis video vt confidam fore: ita
Vt volumus: video sapere: intellegere: eos in loco
Vereri: inter se amare: scire: est liberum
Ingenium atq; animum: quo vis illos tu die
Reducas, at enim me tuas: ne ab re sint tamen
Omissiores paulo: o noster Demea
Ad omnia alia ætate sapimus rectius.
Solum vnum hoc vitium affert senectus hominibus:
Attentiores sumus ad rem omnes: q; sat est:
Quod illos sat ætas acuet, De, ne nimium modo
Bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio:
Et tuus iste animus æquos subuortant, Mi, tace:
Non fiet: mitte iam istæc: da te hodie mihi:
Exporge frontem, De, scilicet: ita tempus fert:
Faciumdum ſt: cæterum rus cum filio
Cum prima luce ibo hinc, Mi, immo de nocte censeo:
Hodie modo hilarum fac te, De, & istam psaltriam
Vna illuc mecum hinc abstraham, Mi, pugnaueris,
Eo pacto prorsum illic alligaris filium.
Modo facito: vt illam serues, De, ego istuc videro.
Atq; illi fauillæ plena fumi ac pollinis
Coquendo sit faxo & molendo: præter hæc
Meridie ipso faciam: vt stipulam colligat:
Tam excoctam reddam atq; atram: q; carbost, Mi, placet.
Nunc mihi videre sapere: atq; equidem filium
Tum etiam si nolit cogas: vt cum illa vna cubet, De,
Derides? fortunatus qui isto animo sies.
Ego sentio, Mi, ah pergis ne? De, iam iam desino, Mi,
I ergo intro: & cui opus est rei ei rei hilarem hũc sumamus diem.

Magna de filijs spes.
Laus filiorũ a virtutibus.

Oratorie obijcit.
Sñia festiua.
Auaricia senilis.
Acuet. Metaphoricos.

Exporge frõte. mir? ornat? cõtracte ad seueritatẽ frõtis cũ gestu explicandæ.
Amaritudo rusticana in verbis.
Agrestis & aspera cõpositio ex arte.
Sæu? orationis rusticane finis.

Tum s. vbi erit tã atra.
Ah. aposioposis.
Cui rei s. nuptijs.

In hac sequenti scæna exemplũ proponit hominum qui virtutem tedio affecti deserunt: ob contemptũ eius. Nam sæuerũ esse in filios apud omnes ferme vitio datur. & Terentius adeo fauet clemẽtioribꝰ & mitissimis patribus: vt hũc quoq; Demeam sæuũ adducat in Mitionis sententiã. Non tamẽ ita fieri debere sentit poeta: sed ex cõmuni vsu loquit: volẽs naturalẽ inesse veris patribus acrimoniam: quæ profecto semper inuisa est & odiosa adolescentibus.

DEMEA

Tetrametri.

Vnquã ita quisq; bene subducta ratione ad vitã fuit
Quin res: ætas: vsus semper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat: vt illa quæ te scire credas nescias:
Et quæ tibi putaris prima in experiundo repudies.
Quod mihi nũc euenit: nã ego vitam durã quam vixi vsq; ad hue
Probe iam excurso spatio mitto: id quam ob rem ipsa repperi
Facilitate: nihil homini esse melius neq; clementia.
Id esse verum ex me atq; ex fratre: cuiuis facile est noscere.
Ille suam semper egit vitam in ocio: in conuiuijs.
Clemens: placidus: nulli lædere os: arridere omnibus.
Sibi vixit: sibi sumptum fecit: omnes benedicunt: amant.
Ego ille agrestis: sæuus: tristis: parcus: truculentus: tenax:
Duxi vxorem: quam ibi miseriam vidi: nati filij
Alia cura: porro autem dum studeo illis: vt q̃ plurimum
Facerem: contriui in quærundo vitam atq; ætatem meam.
Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero
Odium. ille alter sine labore patria potitur commoda.
Illum amant: me fugitant: illi credunt consilia omnia.
Illum diligunt: apud illum sunt ambo: ago desertus sum.
Illum vt viuat optant: meam autem mortem expectant: scilicet
Ita eos meo labore eductos maximo: hic fecit suos
Paulo sumptu: miseriam omnem ego capio: hic potitur gaudia.
Age age: nunc experiamur contra hæc quid ego possiem

Vera sñia.
Post ætas: hoc atq; versus exigit.
Sylepsis per casus.
Archaismos
Metaphora a cursoribus
Sententia.
Lenis Mitio.
Lædere os. i. dicere ingrata.
Demea austerus.
Auxesis.
In vxore sũt multæ molestiæ.
Sæuitas p benuolentia odium parit.
Collatio duorum sentẽ.
Contentio color hic est.
Locus à contrarijs.

Blande dicere: aut benigne facere: quando eo prouocat. Prouocat. s. Mitio.
Ego quoq; a meis me amari & magni pendi postulo.
Si id fit dando atq; obsequendo: non posterioris feram.
Deerit: id mea minime refert: qui sum natu maximus. His reb⁹ cōciliat bñuolentia.

In sequenti scæna poeta ostendit q̄ absurde Demea contra ingenium suū conetur esse blandus: q̄q; immodica sit repentina largitas: vbi animus a nimia parcitate in pfusionis vitium decurrit. Apparet etiā iam crapulam omnem Syrum edormiuisse ac despumasse.

SYRVS DEMEA. Trimetri.

Eus Demea: rogat frater ne abeas longius. De. Frater. s. Mitio.
h Quis homo: o Syre noster: salue: q̄d fit: q̄d agit: Sy.
Recte. De. optimest: iam nunc hæc tria primū addidi Hæc secum.
Præter naturam: o noster: quid fit: quid agitur? Rustica blandimenta.
Seruom haud illiberalem præbes te: & tibi faxim. i. facia
Lubens bene faxim. Sy. grātiam habeo. De. atqui Syre Atqui abundat per parechon.
Hoc verum st: & ipsa re experiere propediem.

Hic Demea obuium Getam pter cōsuetudinē blande nititur cōpellare: & eī insulse laudibus insistit: pollicendo ei se benefacturum

GETA. DEMEA.

Eiusdem rationis
Era ego hinc ad hos prouisam: q̄ mox virginem Prouisam. i. ꝓcedam & videbo.
h Accersent: sed eccum Demeam: saluos sies. De.
Oh: qui vocare? Ge. Geta. De. Geta: maxume
Precij esse te hominem iudicaui animo meo hodie. Inepta blanditio.
Nam his mihi est profecto seruus spectatus satis: Spectatus. i. ꝓbatus.
Cui dominus curæ sit: ita vt tibi sensi Geta. Vt aridus orator eadem ẏba repetit.
Et tibi ob eam rem: si quid ysus venerit: Metaphora ab ambitiosis cādidatis.
Lubens bene faxim: meditor esse affabilis:
Et bene procedit. Ge. bonus es: cum hæc existimas. De.
Paulatim plebem primulum facio meam.

In sequēti scæna Aeschinus de nuptiarꝝ mora ob apparatū & ritum conquerit. Huic deinde demea paulo vrbanius blādit: ex q̊ lepidū se vocari gestit: simulq; parietem intermediū q̊ cōmodius puerpera inducatur dirui iubet. Hic quoq; Aeschinus & Demea inter se affabiles ex nobis sunt: & q̄ dulcis sit iunioribus assentatio: & q̄ ingrata censura.

AESCHINVS. DEMEA. SYRVS. GETA.

Eiusdem numeri.

Amātis affectus exprimitur.

Occidunt me quidem dum nimis sanctas nuptias
Student facere: in apparando consumunt diem. De.
Quid agit Aeschine? Ae. hē pat mi: tu hic eras? De.

Hoc comicū & blādum ē

Tuus hercle vero & animo & natura pater:
Qui te amat plusq; hosce oculos. sed cur non domum
Vxorem accersis? Ae. cupio: verum hoc mihi mora est

Hymenæus nuptiarꝝ de⁹ Omnia de ritu nuptiarꝝ

Tibicina: & hymenæum qui cantent. De. eho
Vin tu huic seni auscultare? Ae. quid. De. missa hæc face:
Hymenæum: turbam: lampadas: tibicinas.

Prodigus ex auaro.

Atq; hanc in horto maceriam iube dirui
Quantum potest: hac trensfer: vnam fac domum.
Traduc & matrem & familiam omnem ad nos. Ae. placet

Hæc secum Multa: eclypsis.

Pater lepidissime. De. euge iam lepidus vocor.
Fratris ædes fient peruiæ: turbam domum adducet:

Insultat fratri

Et sumptum admittet: multa: quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam: iube nunc iam

Hortanter ꝓnuncianda.

Dinumeret Babylo ille viginti minas.
Syre cessas ire: ac facere? Sy. quid ago? De. dirue.

Bōa depcat.

Tu illas abi & traduce. Ge. Di tibi Demea
Bene faciant: cum te video nostræ familiæ

Ex aīo. i. sñia Gesticulante vultu.

Tam ex animo factum velle. De. dignos arbitror.
Quid tu ais? Ae. sic opinor. De. multo rectius est

Laudat senis sententiam.

Quam illam puerperam nunc duci huc per viam
Aegrotam. Ae. nihil enim vidi melius mi pater. De.

Sic so. vl Ironice: vel capitose & ficte.

Sic soleo: sed eccum Mitio egreditur foras.

In hac sequēti scæ. varijs rationib⁹ persuadet Mitio: vt Sostratā anū vxorē ducat. Attende etiam q⁹ Mitio videns Syrum diruere macerīē quæ fierat cur nā id faceret: cui respondisse Syrus intelligitur fratrem suum Demeam ita iussisse. Prouidecq; sic incipit Mitio: Iubet frater &c̄.

MITIO DEMEA. AESCHINVS.

Trimetri & Tetrametri mixti.

Vbi frater? vbi is est? tu ne iubes hoc Demea? De. Iubet frater. S. dirui parietē eclypsis est.
i Ego vero iubeo: & in hac re & alijs omnibus
Quam maxume vnam facere nos hanc familiam:
Colere: adiuuare: adiungere. Ae. ita quæso pater. Quæso blandientis
Haud aliter censeo. De. immo hercle ita nobis decet. Archaismos
Primum huius vxoris est mater. Mi. est: quid postea? De. Insinuatio oratoria latēs persuasionis.
Proba & modesta. Mi. ita aiunt. De. natu grandior. Mi.
Scio. De. parere iam diu per annos hæc non potest. A congruo
Nec qui eā respiciat quisq; est: sola ē. Mi quam hic rem agit? De. Ecce quod suadet
Hanc te æquum est ducere: & te operam vt fiat dare. Mi.
Me ducere autem? De. te. Mi. me? De. te inq;. Mi. ineptis. De. si Et te: ad Aeschinum hec. Me & te. emphasim hñt.
Tu sis homo: hic faciet. Ae. mi pater. Mi. quid tu
Huic a sine auscultas? De. nihil agis: fieri aliter Aptū grādi ac solido cōuitium
Non potest. M. deliras. Ae. sine te exorem mi pater. Mi.
Insanis? aufer te. De. age: da veniam filio. Mi. satin sanus es? ego A necessario
Nouus maritus anno demum quinto & sexagesimo Blande orat
Fiam: atq; anum decrepitam ducam? id nē estis autores mihi? Ae. Vultuose. Autores .i. persuasores.
Fac: promisi ego illis. Mi. promisti autē? de te largitor puer. Ae.
Age quid si qd te maius oret? Mi. quasi hoc nō sit maximū. De. Autem indignantis.
Age: da veniā. Ae. ne grauare. D. fac, pmitte. M. nō omittis? Ae. Da: cōcede.
Nō: nisi exorē. Mi. vis ē hęc quidē. De. age prolixe Mitio. Mi. Age: corripientis.
Et si hoc mihi prauū: ineptū: absurdum: atq; alienum a vita mea Tādē cōsētit.
Videatur: si vos tantopere istuc vultis fiat. Ae. bene facis. Factum approbat.
Merito te amo. De. verum quid ego dicā: hoc constat quod volo?

Hegionis cõmendatio a persona.
Quid nunc quod restat: Hegio is est cognatus proximus:
Affinis nobis: pauper: bene nos aliquid facere illi decet, Mi.

Agelli: despecte pronunciandа.
Quid facere: De, agelli hic sub vrbe est paululũ qd locitas foris:

Facti necessitatem indicat
Huic demus qui fruatur, Mi, paululũ id autem: De, si multum sit
Facundum est: pro patre huic est: bonus est: noster est: recte dat.

Exaggeratio
Postremo non meum illud verbum facio: quod tu Mitio

Verbũ .i. dictum.
Bene & sapienter dixti dudum: vitium cõmune omnium est

Dudũ .i. paulo ante
Quod nimiũ ad rẽ in senecta attenti sumus: hãc maculã nos decet

Dictũ in Mitio. retorquet
Effugere: dictum est vere: & re ipsa fieri oportet, Mi.

Qñ .i. qm
Quid istuc: dabitur quidem: quando hic volt, Ae.

Allegoria: hoc est deturbo a sentẽtia.
Mi pater, De, nunc tu mihi es germanus pariter
Corpore & animo, Mi, gaudeo, De. suo sibi hunc gladio iugulo.

In hac vltima scæna omnia iucundo claudunt fine: vbi & seruis libertas elargitur: & filijs ambobus vxores optatæ cõcedunt. Causã etiam Mitioni refert Demea cur tã repẽte mores mutauerit. vbi & sæculũ corruptũ & cõsuetudinẽ aspernãdum carpit. Demum filijs sedulam posthac operã suam pollicetur.

SYRVS. DEMEA. MITIO. AESCHINVS.

Tetrametri mixti. Et primus superiori coniungitur.

Factũ est .i. maceria diruta est.
Actum est: quod iustu Demea, De.

Multa. oratorie generaliter dixit.
f Frugi homo es: edepol hodie mea quidem sententia
Iudico Syrũ fieri esse æquũ liberũ, Mi, istũc liberũ.

Cõmẽdatio a diligentia sua.
Quod nã ob factũ: De, multa, Sy, o noster Demea: edepol vir bo
Ego istos vobis vsq; a pueris curaui ambos sedulo: (nus es.
Docui: monui: bene præcepi semper quæ potui omnia, De.

Ironicos ita deridet vt serio agere videatur.
Res apparet: & quidem porro hæc obsonare: cum fide
Scortum adducere: apparare de die conuiuium.

Ridiculum serium.
Non mediocris hominis hæc sũt officia, Sy, o lepidum caput, De.
Postremo hodie in psaltria ista emunda huic adiutor fuit:

Hic. s. Aeschi.
Hic curauit: prodesse æquum est: alij meliores erunt.
Deniq; hic vult fieri, Mi, vin tu hoc fieri: Ae, cupio, Mi, si quidẽ

Tu vis: Syre eho accede huc ad me: liber esto. Sy. bene facis. Manumiſſio Syri.
Omnibus gratiam habeo: & ſeorſum tibi præterea Demea. De. Perpetuũ. i. .i. ſolidum.
Gaudeo. Ae. & ego. Sy. credo: vtinã hoc perpetuũ fiat gaudium:
Phrigiam vt vxorem meam: vna mecum videam liberam. De.
Optumam quidem mulierem. Sy. equidẽ tuo nepoti huius filio Huiꝰ. ſ. Aeſchi.
Hodie primam mammam dedit hæc. De. hercle vero ſerio Aduerbia cõfirmatiua.
Siquidem prima dedit: haud dubium quin emitti æquũ ſiet. Mi. Emitti ꝓ manumitti.
Ob eã rem? De. ob eã: poſtremo a me argẽtũ quãti ẽ ſumito. Sy. Omnes: vetꝰ & figurata elegantia.
Di tibi Demea oro omnes ſemper omnia optata offerant. Mi.
Syre proceſſiſti hodie pulchre. De. ſiquidem porro Mitio
Tu tuum officium facies: atq; huic aliquid paululum præ manu Vtaſ. i. viuat
Dederis vnde vtatur: reddet tibi cito. Mi. iſtoc vilius. Ae.
Frugi hõ ẽ. Sy. reddã hercle: da mõ. Ae. age paſ. Mi. Poſt cõſulã.
Faciet. Sy. o vir optime. Ae. o mi pater feſtiuiſſime. Mi. (De. Blandimẽta
Quid iſtuc? quæ res tam repente mores mutauit tuos?
Quod proluuium? quæ iſtæc ſubita eſt largitas? De. dicam tibi.
Vt id oſtenderem: quod te iſti facilem & feſtiuum putant:
Id non fieri ex vera vita: neq; adeo ex æquo & bono: Mores & vitã aſſentatoriam notat.
Sed ex aſſentando: indulgendo: & largiendo Mitio.
Nunc adeo ſibi ob eam rem vobis mea vita inuiſa eſt Aeſchine: Apoſtrophe ad filios.
Quia non iſta prorſus iniuſta omnia omnino obſequor.
Miſſa facio: effundite: emittite: facite qd vobis l ubet.
Sed ſi id vultis potius: quæ vos propter aduleſcentiam Cõceſſio ironica.
Minus videtis: magis impenſe cupitis: conſulitis parum: Oblatio patris.
Hæc reprehendere & corrigere me: & obſecundare in loco: Obſequẽtes filij.
Ecce me qui id faciam vobis. Ae. tibi pater permittimus.
Plus ſcis quid facto opus eſt: ſed de fratre quid fiet? De. ſino Nuptiæ Cteſiphonis & pſaltriæ.
Habeat: in iſtac finem faciat. Ae. Iſtuc recte. PLAVDITE.

ADELPHORVM FINIS.

Epidicazomẽos appollodori.

Hanc comœdiam manifestum est prius ab Appollodoro sub alio nomine: hoc est sub Epidicazomene græce scriptam esse: q̃ latine a Teren. Phormionem. Quãobrem nulla dubitatio est hanc solã esse

Huic soli fabulæ nomẽ mutauit

cui nomen poeta mutauerit. & errare eos qui in hac Phormionem parasitum putant a formula litis quem intenderit nominatum: quum græca lingua Festus Spartheus & stramẽ nauticũ sic dicatur. A cuius rei vel capacitate vel vtilitate etiã ab Appollodoro parasitus Phormionis nomine nũcupat.

Comœdia motoria.

Hæc igit tota motoria est quasi: & in affectibus cõstituta pene maioribus q̃ comicus stilus poscere: nisi q̃ arte poetæ omnia moderata sunt. Primas in ea partes (vt ipse poeta pfessus est) tenet Phormio: secundas Geta: tertias Demipho: subinde cæteri: prout in pcessu ostendit.

Partes psonarum.

Prologus cõcitatus.

Nota

Rologus Phormionis nimis concitatus est: adeo vt ipse semet veluti reprehendat ob hanc ipsam petulantiam: & simul argumentum suæ purgationis inducat. Atq; in ea cum & Protheſis: & epitasis: & catastrophe magni cuiusdam hominis & negocij sint: ita variis leporibus asperguntur: vt etiam rerum tristium grauitatem poeta lepidus comica serenitate tranquillet. Hæc acta est ludis Romanis: Lucio Cornelio Merula ædili curuli: & L. Posthumio Albino: agẽtib⁹ Lucio cassio attilio & L. Ambiuio: Modos facietẽ Flacco Claudij filio tibijs Serranis. Totaq; diuerbijs facetissimis & gestũ desiderãtib⁹ scænicũ: & suauissimis ornata cãticis fuit. Editaq; est quarto loco. M. Valerio & C. Fannio coss. Persona etiã in huius pthesi nõ vna est: sed duæ. quarũ altera extra argumẽtũ posita est cui narrat fabula: altera in argumẽto q̃ narrat fabulã. Argumẽtum q̃q; nõ simplicis negocij habet: nec

Qñ acta sit

Comœdiæ qualitas.

Argumẽtũ duplicq; amoris.

vni⁹ adolescẽtis vt in Ecyra: sed duorũ vt ĩ cæteris fabulis. Scire etiã cõuenit vno die transigi Phormionem: nõ vt Heauton. duob⁹. Prologus correpte dicit: nõ pducte

Officium plogi

Nã officiũ plogi ante narrationẽ rei quidẽ semp est. verũtn & post principium fabulæ inducit: vt apd Plautũ in milite gloriosso: & apud cæteros magnæ autoritatis veteres poetas.

Primus act⁹

Prim⁹ actus ẽ in colloquio Daui & Getæ: p q̃s discit ppls argumẽtũ. Scds

Scds actus.

actus cõtinet aduentũ senis turbulẽtũ: & eiusdẽ iurgiũ aduersus Getã & Phædriam.

Tertius act⁹.

Tertio actui attribuit litigiũ senis & Phormionis: tũ cõsultatio cũ aduocatis: tũ Antiphõis ĩ scænã redit⁹: colloquiũq; cũ Geta: tũ lenõis & Phædriæ colluctatio: tũ adhortatio Getæ de iueuiẽdo argẽto ad redimẽdã Phædriæ Cytharistriã. Quartũ actũ ista cõcelebrãt: A ducẽtus Chremetis: eiusdẽ cũ fre deliberatio p errorẽ de ejciẽda Phanio: Getæ ẏba de fallẽdis senib⁹: Antiphonis oõ apd semetipsũ de amore tractãtis: Getæ rurs⁹ cũ senib⁹ callida & mox cũ Antiphone de eadẽ causa simplex disputatio: senũ int se colloquiũ de expulsiõe mulieris. Et ad extremũ ẏba Chre agnoscẽtis nutricẽ: ac p eã filiã suã cũ Antiphõe

Quart⁹ act⁹.

Quint⁹ act⁹.

cõiunctã. In. v. actu p Demiphonis errorẽ Phormio accipit argẽtũ dotis nom̃e & cõuenit Nausistrata: vt exire a domo cõpellat Phaniũ: p̃missaq; hereditate vxor habeat p Getã Antiphoni & Phormioni nũciat. Quæ quũ ita nupta sit: exposcit argentũ a Phormiõe p rixã senũ: a qb⁹ ille opp̃ssus rẽ omnẽ apit Nausistratæ. Ad qd primũ irata: vt ĩ talis re vxor solet: mox lenitur in fine fabulæ; & in tutissimũ a patris iracũdia præstat Phædriam.

c Vm Chremes Demiphonis frater accito sibi ad fallaciam nomine Stilpho no-
q; Stilphonem se dici fecerat: duas eodem tempore habuisset vxo-
res: Athenis diuitem: pauperē lemni. Ex diuite sustulit filium qui di-
ctus est Phædria: ex paupe furtim suscepit atq; educauit filiam Pha
nium nomine. Eāq; cōsilio cū fratre habito destinauit filio suo Antiphoni vxo
rē dare. Quibus cōplacitis vno tēpore ꝓfecti Athenis senes: Demipho in Sici-
liam: Chremes lemnū ad accersendum filiā: q̄ iam illinc cū matre nauigauerat:
occasionē dederūt amandi adulescentibus. Nā statim Phædria Citharistriā sub Phædria
Lenone cœpit ardere. Antipho filiā illā patrui Phaniū despōsatam sibi nesciēs Citharistriā
nescientem: mox vt Athenas venit: nec patrē repperit falso duplici eius nomine: ardet:
matrem mortuā dum lamentatur adamauit. Consilioq; & opera parasiti ꝑm Antipho
leges Athenienſiū: quanq; sibi cognata esset: tanq; tamē in iure victus & velut Phanium.
coactꝰ eam accepit vxorē per absentiam patris. Qui quū venisset & vellet eā
expellere: primo confutaꝝ ꝓ impudentiam parasiti. post cum suo fratre sic deci-
pitur: vt dum eā credidit ab Antiphone posse disiungi: eam parasitus ipse du-
cat vxorē. & dat ductūro. xxx. minas p̄sentis dotis puellæ nomine: quas Phor Dos puellæ.
mio acceptas Phædriæ dedit: ille Lenoni ad Citharistriā redimēdam. Quibus
gestis tandem Chremes agnoscit filiam suā cōiunctā cū fratris filio. Quare dū Chremes bi-
mutato cōsilio. xxx. minas a Phormione per rixam conaꝝ exigere. Per eundē nomius et bi
ꝓditus vxori suæ Nausistratæ est: & ipse libidinis reus nō ante veniā meruit a gamus ꝓdu
matrefamilias q̄ &. xxx. minarū: & amoris Citharistriæ veniam dedisset filio. citur.

INTERLOCVTORES FABVLAE.

Phormio parasitus.	Chremes senex.
Demipho senex.	Phædria adulescens.
Antipho adulescens.	Dauus seruus.
Geta seruus.	Sophrona nutrix.
Dorio leno.	Hegio aduocatus.
Cratinus aduocatus.	Crito aduocatus.

ACTA LVDIS ROMANIS. L. POSTHVMIO ALBINO CORNELIO MERVLA. AEDI. CVR. EGERE. L. AMBIVIVS TVRPIO. L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIIS IMPARIBVS. TOTA GRAECA APOLLODORI: EPIDICAZOMENOS FACTA QVARTO. CN. FANNIO. M. VALERIO COSS.

PHORMIONIS
C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarij.

Argumentū cū ꝓlogo duabus ſcænis ſequentibus iambicis conſtat trimetris.

Hremetis frater aberat peregre Demipho
c Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat lemni vxorem & filiam:
Athenis aliam coniugem: & amantem vnice
Gnatum fidicinam. mater e lemno aduenit
Athenas: moritur. virgo ſola: aberat Chremes.
Funus procurat: ibi eam viſam Antipho
Cum amaret: opera paraſiti vxorem accipit.
Pater & Chremes reuerſi fremere: dein minas
Triginta dant paraſito: vt illam coniugem
Haberet ipſe: argento hoc emitur fidicina:
Vxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

Chremes: q & Stilpho dicebatur.

Hic prologus concitatus eſt: vtpote quiin Lucīū Lauinium poetæ æmulum inuehitur. a quo grauiter laceſſitus paria referre molitur. Eſtq; hic initium ſpectatorem ꝓuocans in odium pſonæ aduerſarij coniuñctum cum inſinuatione ad beniuolentiam perſonæ Terentianæ conciliandam.

PROLOGVS. Senarij.

Oſtq; poeta vetus poetam non poteſt
p Retrahere a ſtudio: & tradere hominem in otium:
Maledictis deterrere ne ſcribat parat.

Prologus cōcitatus in veterem poetā inuectiuus.

Qui ita dictitat: quas antea fecit fabulas
Tenui eſſe oratione: & ſcriptura leui.
Quia nuſq; ſcripſit inſanum aduleſcentulum:
Ceruam videre: fugere & ſectari canes:
Et eam plorare: orare vt ſubueniat ſibi.
Quod ſi intelligeret cum ſtetit olim noua
Actoris opera magis ſtetiſſe q; ſua:
Minus multo audacter q; nunc lædit lædere et:
Et magis placerent quas feciſſet fabulas.

Accuſatio a ſtilo leui. Se purgādū æmulū accuſat.

Nunc si quis est qui hoc dicat: aut sic cogitet:
Vetus si poeta non lacesset prior:
Nullum inuenire prologum potuisset nouus
Quem diceret: nisi haberet cui malediceret.
Is sibi responsum hoc habeat in medio omnibus
Palmam esse positam: qui artem tractant musicam.
Ille ad famem hunc ab studio studuit reijcere.
Hic respondere voluit non lacessere.
Benedictis si certasset: audisset bene.
Quod ab ipso allatum st sibi esse id relatum putet.
De illo iam finem faciam dicendi mihi:
Peccandi cum ipse de se finem non facit.
Nunc quid velim animum attendite: apporto nouam
Epidicazomenon: quam vocant comœdiam
Græci: Latini Phormionem nominant.
Quia primas partis qui aget: is erit Phormio
Parasitus: per quem res agetur maxime.
Voluntas vestra si ad poetam accesserit:
Date operam: adeste æquo animo per silentium.
Ne simili vtamur fortuna: atq; vsi sumus:
Cum per tumultum noster grex motus loco est.
Quem actoris virtus nobis restituit locum:
Bonitasq; vestra adiutans: atq; æquanimitas.

Tacitã confutat obiectionem.
Figurata & concinna loquutio.
Lacesset trimeter exigit p lacessisset.
Palmã: causa certaminis.
Audisset bñ .i. laudatus esset.
Peccandi maledicendi.
Attentio a re noua.
Phormio vilis conditiõis seruus.
Per hoc apparet Ecyrã ante istã actã Tautologia.

Hic Daui persona extrinseca introducit: cui Geta Demiphonis seruus argumentũ narret: eo tamen animo Getam conuenisse videt vt mutuũ repetat. qd' dandũ erat Antiphonis vxori absente patre suo Chremete supinductæ. Hæc psona instruendi spectatoris causa ita mire inducit vt lepores: facetias: & sales comicos ab artificioso poeta sub argumenti narratione exquisisse videatur.

Additio. Attende q̃ garrulos & sententiosos seruos amat cõmœdia: Tragedia contra tristes & parce loquentes.

Comædia lepidissima: ex medijs moribus deprompta.

PRIMVS ACTVS.

DAVVS. Senarij.

Dauus hic p tatica p̃sona est nihil ad ar gumentū co mœdiæ spe ctans.

Micus summus meus & popularis Geta
a Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula.
Iam pridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum: id vt conficerem: confeci: affero.
Hoc applicat argumento. Nam herilem filium eius duxisse audio
Vxorem: ei credo munus hoc corraditur.
Scitū dictū. Quam inique comparatum st: hi qui minus habent
Vt semper aliquid addant ditioribus?
Quod ille vncia tim vix demenso suo
Suum defraudans genium comparsit miser:
Incōmoda ab vxore. Id illa vniuersum abripiet: haud existimans
Quanto labore partum. porro autem Geta
Ferietur alio munere vbi hera pepererit.
Porro alio autem vbi erit puero natalis dies:
Vbi initiabunt: omne hoc mater auferet.
Puer causa erit mittundi. sed video n Getam?

In hac scæna deuenitur ad argumenti narrationē: nacta Daui opportunitate illud ab Geta ipso audituri. Rite ergo poeta desideratū ipsi Getæ Dauū proponit: quem ea fiducia allo quit: vt sibi argentum ab eo reddi ita vt fit speret.

GETA. DAVVS Trimetri Iambici.

Aposiopos. Nā plura dicturus erat cuipiam ex familia. Eclypsis. Cum gestu offerentis. Acticon.

I quis me quæret rufus. Da. prestost: desine. Ge. oh
s At ego obuiam conabar tibi Daue. Da. accipe: hem
Lectum st: conueniet numerus quantum debui. Ge.
Amo te: & non neglexisse habeo gratiam. Da.
Præsertim vt nunc sunt mores: adeo res redit.
Si quis quid reddit magna habenda st gratia.
Sed quid tu es tristis? Ge. ego ne? nescis quo in metu: &

Quanto in periculo sim? Da. quid istuc est? Ge. scies?
Modo vt tacere possis, Da. abi sis insciens.
Cuius tu fidem in pecunia perspexeris?
Verere verba ei credere? vbi quid mihi lucri est
Te fallere? Ge. ergo ausculta, Da. hanc operam tibi dico. Ge.
Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremen
Nostin? Da. quid ni? Ge. quid? eius gnatum Phædriam? Da.
Tanq̃ te. Ge. euenit senibus ambobus simul
Iter; illi in lemnum vt esset; nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquom; is senem per epistolas
Pellexit; modo non montis auri pollicens. Da.
Cui tanta erat res? & supererat? Ge. desinas.
Sic est ingenium. Da. oh regem me esse oportuit. Ge.
Abeuntes ambo hinc tum senes; me filijs
Relinquunt quasi magistrum. Da. o Geta prouinciam
Cœpisti duram. Ge. mihi vsu venit hoc scio.
Memini relinqui me deo irato meo.
Cœpi aduersari primo; quid verbis opust?
Seni fidelis dum sum scabulas perdidi. Da.
Vere in mentem istæc mihi; Namq; insciti fast
Aduorsum stimulum calces. Ge. cœpi his omnia
Facere; obsequi quæ vellent. Da. Sciste vti foro. Ge.
Noster mali nihil quicq̃ primo; hic Phædria
Continuo quandam nactus est puellulam
Citharistriam; hanc amare cœpit perdite.
Ea seruiebat Lenoni impurissimo;
Neq; quod daretur quicq̃; id curarant patres.
Restabat aliud nihil; nisi oculos pascere;
Sectari in ludum; ducere & reducere.

Gemina perturbatio a cupitis. Amaiore. A cõiectura.

Ergo increpantis. Miræ narrationis cõpendium per interrogationem Illi. s. Chremi

Modo nõ. i. non modo. Demiphonis auaricia. Prouerbialis hyperbole. Prouinciam] .i. onus curã: negocium. Ornata Iocutio.

Prouerbiũ vulgatissimũ i ptiaces Sciste. Metaphora ab institoribus. Ab ætate & arte amabilis.

Nihil alid. s. qd non venderet leno.

Nos ocioſi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc diſcebat ludo: ex aduorſum ei loco
Tonſtrina erat quædam: hic ſolebamus fere
Plerumq; eam opperiri: dum indeiret domum.
Illi pro illic. Ver. Illi mea triſtia facta. Interea dum ſedemus illi interuenit
Aduleſcens quidam lachrumans: nos mirarier.
Rogamus quid ſit: nunc̄q; æque inquit ac modo
Paupertas mihi onus viſumſt: & miſerum & graue.
Modo quandam vidi virginem huic viciniæ
Miſeram: ob affectum. Miſeram: ſuam matrem lamentari mortuam.
Ea ſita erat ex aduorſo. nec̄q; illi beneuolens:
Auxeſis. Nā res minuunt ſentēcia auge tur. Nec̄q; notus: nec̄q; cognatus: extra vnam aniculam
Quiſc̄q; aderat: qui adiutaret funus: miſertumſt.
A forma laus. Virgo ipſa facie egregia: quid verbis opuſt?
Commorat omnes nos: ibi continuo Antipho:
Voltis ne eamus viſere? alius cenſeo:
Eamus: duc nos ſodes: imus: venimus:
Videmus: virgo pulchra. & quo magis diceres:
Facetiſſima breuitas. Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem.
Mira genuinæ formæ deſcriptio. Capillus paſſus: nudus pes: ipſa horrida:
Lachrumę: veſtitus turpis: vt ni vis boni
Summa laudatio. In ipſa ineſſet forma: hæc formam extinguerent.
Scita. i. bella modeſta. Ille qui illam amabat fidicinam: tantummodo
Emphaticos Satis inquit ſcitaſt: noſter vero? Da, iam ſcio
Amare cœpit. Ge, ſcin quā? quo euadat vide.
Poſtridie ad anum recta pergit: obſecrat
Vt ſibi eius faciat copiam: illa enim ſe negat.
Laus a loco: a perſona: a maioribus. Nec̄q; eum æquom ait facere: illam ciuem eſſe atticam
Bonam bonis prognatam: ſi vxorem velit

Lege id licere facere: sin aliter negat.
Noster quid ageret nescire: & illam ducere
Cupiebat: & metuebat absentem patrem. Da.
Non si redisset pater ei veniam daret? Ge.
Ille ne indotatam virginem atq; ignobilem
Daret illi? nunq̃ faceret. Da. quid fit deniq;? Ge.
Quid fiat? est parasitus quidam Phormio:
Homo confidens: qui illum di omnes perdiunt. Da.
Quid is fecit? Ge. hoc consilium quod dicam dedit.
Lex est: vt orbe qui sint genere proximi
His nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam: & tibi scribam dicam.
Paternum amicum me assimulabo virginis.
Ad iudices veniemus: qui fuerit pater:
Quæ mater: qui cognata tibi sit: omnia hæc
Confingam: quod erit mihi bonum atq; commodum.
Cum tu horum nihil refelles vincam scilicet.
Pater aderit: mihi paratæ lites: quid mea?
Illa quidem nostra erit. Da. iocularem audaciam. Ge.
Persuasit homini: factumst: ventumst: vincimur:
Duxit. Da. quid narras? Ge. hoc quod audis. Da. o Geta
Quid te futurumst? Ge. nescio hercle: vnum hoc scio:
Quod fors feret: feremus æquo animo. Da. placet.
Hem istuc viri est officium. Ge. in me omnis spes est mihi. Da.
Laudo. Ge. ad precatorem abeam: credo qui mihi
Sic oret: nunc omitte quæso hunc: cæterum
Posthac si quicq̃ nihil precor: tantummodo
Non addit: vbi ego hinc abiero: vel occidito. Da.
Quid ille pedagogus qui citharistriam:

Sylepsis.

Ne. abundat sensu & vsu.

Alia causa litis futuræ.

Phormionis fictũ cõsiliũ. Archaismos Per hoc tollit metũ Antiphonis.

Lepidissimũ compendiũ.

Sñia moral. Consolatio laudatoria. Deliberatio precatoris ad dñm mittendi. Vrbaniter de Phædria inquirit.

Cũ gestu & cõmiseratiõe

Quid rei gerit? Ge. sic tenuiter. Da. non multum habet
Quod det fortasse? Ge. immo nihil: nisi spem meram. Da.

Præpatio ĩ opinati aduẽtus senis.

Pater eius redit an non? Ge. nondum. Da. quid? senem
Quoad expectatis vestrum? Ge. non certum scio.
Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo:
Et ad portitores esse delatam: hanc petam. Da.

Moralis expressio nam Geta alijs seruis petat.

Nunquid Geta aliud me vis? Ge. vt bene sit tibi.
Puer heus: nemon huc prodit? cape: da hoc Dortio.

Hic comparatio vitæ Antiphonis atq; Phædriæ continetur inter se contendentium: vter eorũ magis sit miser. Simulq; illorũ ostenditur conditio: qui id quod immodice cõcupiuerũt: vbi adepti fuerint: fastidiunt exemplo.

Scæna ex vsu communi nata.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

Octonarij: & vnus Dimeter.

Genus causæ demõstratiuum ẽ hic: & est prestructio rerũ immitium.

Deon rẽ rediisse: vt qui mihi cõsultũ optime velit esse
a Phædria: patrẽ vt extiescã: vbi ĩ mẽtẽ eius aduẽti venit
Qd̃ ni fuissẽ ĩcogitãs: ita eũ exspectarẽ: vt par fuit. P.

Antipho timidus: Phædria audax.

Quid istuc ẽ? An rogitas? q tã audacis facinoris mihi cõsci sis?
Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset:
Neu me cupidũ eo compulisset: quod mihi principium fuit mali:
Non potius essem: fuisset tum illos mihi ægre aliquot dies.

Formidantis querela.

At non cottidiana curo hæc cangeret animum. Ph. audio. An.
Dũ expecto q̃: mox veniat: q̃ adimat hãc mihi cõsuetudinẽ. Ph.

Amoris cruciatus.

Alijs quia defit quod amant ægre est: tibi quia supersit dolet.
Amore abũdas Antipho.

Elegans loquutio.

Nam tua quidẽ hercle certo vita hæc expetenda optandaq; est.

Sententia amatoria.

Ita me Di bene amẽt: vt mihi liceat tam diu quod amo frui.

Vide amãtis vesaniam.

Iam depacisci mortem cupio: tu conijcito cætera:
Quid ego ex hac inopia nunc capiam: & quid tu ex istac copia.
Vt ne addã: q̃ sine sumptu in genuã: liberalem nactus es:

Quod habes ita vt voluisti vxorem sine mala fama: palam
Beatus: ni vnum hoc desit: animus qui modeste istæc ferat.
Quod si tibi res sit cũ eo Lenone quo cum mihi est: tum sentias.
Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitet. An.
At tu mihi contra nunc videre fortunatus Phædria.
Cui de integro est potestas etiam consulendi quid velis
Retinere: amare: amittere. ego in eum incidi infelix locum:
Vt neque mihi eius sit amittendi: nec retinendi copia.
Sed quid hoc est? videon ego Getam currentem aduenire huc?
Is est ipsus: hei timeo miser: quam hic mihi nunc rem nunciet.

A fama.

Adagium. Prouerbium elegans. Fœlicẽ dicit eo quod non amat nuptã. Semper em̃ metuit nimium præsaga mali mens.

In hac sequenti scæna Getæ serui currentis officiũ est. qui quũ esset ex senis aduentu perturbatus: eo nuncio Antiphonẽ adeo reddit trepidantem & meticulosum: vt ante conspectum patris quamuis ab Geta confidenter instructus cõparere minime sit ausus: Immo propere abscedit: nõ rediturus ad rerum cognitionem vsque & fabulæ conuersionẽ. Remanẽt igitur allocuturi senem Geta & Phædria: qui sese mutuo in illum instruunt exhortanturque.

GETA ANTIPHO. PHAEDRIA.

Tetrametri: partim Trimetri: & Dimetri tres.

Vll⁹ es Geta: nisi aliquid iã tibi cõsiliũ celere repereris
n Ita nunc imparatum subito tanta te impendẽt mala:
Quæ neque vti deuitẽ scio: neque quo mõ me ĩde extraham.
(Nam non potest celari nostra diutius iã audacia)
Quæ si non astu prouidẽtur: me aut herum pessundabunt. An.
Quidnam ille commotus venit? Ge. tũ temporis punctũ mihi
Ad hanc rem est: herus adest. An. quid istud malist? Ge.
Quod quũ audierit: quod eius remedium inueniam iracundiæ?
Loquar ne? incendã? taceam? instigem: purgem me? laterem lauẽ.
Eheu me miserũ: cũ mihi paueo: tũ Antipho me excruciat animi.
Eius me miseret: ei nũc timeo: is nũc me retinet: nã absque eo esset:
Recte ego mihi vidissem: & senis essem vltus iracundiam.
Aliquid conuasissem: atque hĩc me conijcerẽ protinã in pedes. An.

Seipsum in secunda persona alloquit. Versus nunc reijcit. Nostra: cui⁹ auctor fui. Punctum. i. momentum Quod. i. antiphonẽ duxisse vxorem. Adagium. Exclamatio stupentis. Conuasissẽ metaphora. i. sustulissem Culta loquutio.

Quam hic fugam: aut furtum parat? Ge.

Diserta loquentia. Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quærere insistã via. Ph.

Verba deliberantis. Te nominat. An. nescio qd magnũ hoc nũcio expecto malũ? Ph.

Ah san? ne es? Ge. domũ ire pgam: ibi plurimũ st. Ph. reuocemus

Hominem. An. sta ilico. Ge. hem.

Obuiam: Ecclypsis. Satis pro iperio quisqs es. An. Geta. G. ipe ẽ quẽ volui obuiã. A.

Affectum timentis exprimit. Cedo quid portas obsecro? atq; id (si potes) verbo expedi. Ge.

Faciam. An. eloquere. Ge. modo apd portum. An. meum ne? Ge.

Aposioposis. Intellextin. An. occidi. Ge. hem. An.

Anastrophe Nã quod: p quodnam. Quid agã? Ph. q̃d ais? G. hui? patrẽ vidisse me patruũ tuũ. An.

Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium iueniã miser?

Amatoria Apostrophe. Quod si eo meæ fortunæ redeunt Phaniũ abs te vt distrahar:

Nullast mihi vita expetẽda. Ge. ergo istæc cum ita sint Antipho:

Ver. audaces fortuna iuuat. Tanto magis te aduigilare æquomst: Fortis fortuna adiuuat. An.

Culpæ suspitio ex timore Nõ sum apd me. Ge. atq; opus est nũc q̃ maxime vt sis Antipho.

Nam si te senserit timidum pater esse: arbitrabitur

Cõmeruisse culpã. Ph. hoc verũst. An. nõ possum imutarier. Ge.

Quid faceres: si aliquid grauius tibi nũc faciundum foret? An.

Dialectica illatio a minore. Cũ hoc nõ possũ: illud min? posse. G. hoc nihil ẽ Phædria: ilicet

Ilicet: est iuridicũ. v. bũ. Quid conterimus operam frustra? quin abeam? Ph. & quidem

ego. An. obsecro.

Ecclypsis. Quid si assimulabo satin ẽ? Ge. garris. An. voltũ cõtẽplamini: hẽ

Expressio simulantis audaciam. Satin sic est? Ge. nõ. An. quid si sic? G. propemodũ. An. q̃d si sic est?

Hæc i gestu consistunt. Hẽ istuc serua: & verbũ verbo par pari vt respõdeas: (G. sat est.

Breuiter totã defensionem præscribit. Ne te iratus suis saluidicis dictis protelet. An. scio. Ge.

Vi coactum te esse: inuitum: lege: iudicio: tenes?

Conscientiæ synderesis. Sed quis hic est senex quem video in vltima platea? An. ipsus est:

Non possum adesse. Ge. ah quid ais? quo abis Antipho? mane:

Manẽ inq;. An. egomet me noui: & peccatum meum.

Vobis commendo Phanium: & vitam meam. Ph.
Geta quid nunc fiet? Ge. tu iam lites audies:
Ego plectar pendens: nisi quid me fefellerit.
Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus:
Id nosmetipsos facere oportet Phædria. Ph.
Aufer mihi oportet: quin tu quod faciam impera. Ge.
Meministin olim vt fuerit vestra oratio
In re incipiunda ad defendendam noxiam:
Iustam illam causam: facilem: vincibilem: optumam? Ph.
Memini. Ge. hem nunc ipsa est opus: aut siquid potest
Meliore & callidiore. Ph. fiet sedulo. Ge.
Nunc prior adito tu: ego in insidijs hic ero
Succenturiatus: si quid deficies. Ge. age.

Amatorie prius phanium cū se cōmendat. Verba desperantis.

Ad oīa se paratum īdicat

Noxiam, p noxam: propter iābicum

Quia nunc prelium erit: tūc prælusio fuit.

Hic accusatio est & contradictio per remotiuā qualitatē in cōtrouersia. vbi vitæ exemplū ostenditur: quo facile perspicitur nullā esse tam iustam et grauem patris iracundiam: quæ non cū defensoris fiducia: & interuallo tēpotis euanescat. In primis itaq; Demipho stomachat defilij nuptijs: hæsitās quidnam rerū agat. Tum factum Antiphonis Phædria apud patrem facetissime defendit. Huic Geta quoq; astipulatur: & idem expiando factum seni insultat irridetq;. Postremo Phormionē Demipho vt iniuriā secū expostulet cōuenire decreuit.

SECVNDVS ACTVS.

DEMIPHO. GETA. PHAEDRIA

Octonarij: Senarij: vnus Catalecticus: & vnus Hipermeter.

Quam vehemēs inceptio ab admiratione criminis obijciendi. Mira extenuatio. Exclamatio. Geta hæc secum.

Tane tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo?
Necmeū iperiū (age mitto iperiū) nō simultatē meā
Reuereri? saltem nō pudere? o facinus audax: o Geta
Monitor. Ge. vix tādē. De. qd mihi dicēt? aut quā causā repient?
Demiror. Ge. atq; repperi iā: aliud cura. De. an ne hoc dicēt mihi,
Inuitus feci: lex coegit? audio & fateor. Ge. placet. De.

Vinci potest qui partem defensionis admittit.

Præparatio futuræ defensionis.

Verum scientem: tacitum: causam tradere aduersarijs.
Etiam ne id lex coegit: Ph. illud durũ. Ge. ego expediam: sine. D.
Incertum est quid agam: quia præter spem: atq; incredibile hoc mihi obtigit

Splendida et memoranda sententia.

Ita sum irritatus: animum vt nequeam ad cogitandũ instituere.
Quam ob rem omnes cum secundæ res sunt: maxime

Sincerum institutum.

Meditari secum oportet: quo pacto aduorsam ærumnã ferãt:
Pericla: damna: exilia. peregre rediens semper cogitet:

Cõmunia .i. ex rerũ vsu. Iã ferme fracta senis ira.

Aut filij peccatum: aut vxoris mortem: aut morbum filiæ.
Communia esse hæc fieri posse: vt ne quid animo sit nouum.
Quicquid præter spẽ eueniat: omne id deputare esse in lucro. G.
O Phædria incredibile est: quanto herum anteeo sapientia.

Comice incommoda.

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda: herus si redierit:

Seruoꝝ supplicia.

Vsq; molendum esse pistrino: vapulandum: habendæ compedes:

Irrisoria huius dicti resũptio

Opus rure faciundũ. horum nihil quicq; accidet animo nouum.
Quicquid præter spem eueniet: omne id deputabo in lucro.
Sed quid cessas hominẽ adire: & blande in principio alloqui: De.

Mitia verba senis de Phæ.

Phædriam mei fratris video filium mihi ire obuiam. Ph.

Denuo salutat vt iterum mitescat.

Mi patrue salue. De. salue: sed vbi est Antipho. Ph.

Inquirit vt alio diuertat.

Saluum te venire gaudeo. De. credo: hoc respondemihi. Ph.
Valet: hic est: sed satin omnia ex sententia: De.

Ironia commoti.

Vellem quidem. Ph. quid istuc: De. rogitas Phædria:
Bonas me absente hic confecistis nuptias. Ph.

Exclamatio ironica.

Eho an id succenses nunc illi: Ge. o artificem probum. De.

Ego illi. Emphaticos.

Ego ne illi non succenseam: ipsum gestio dari
Mihi in conspectum: nunc sua culpa vt sciat
Lenem patrem illum factum me esse acerrimum. Ph.
At qui nihil fecit patrue quod succenseas. De.
Ecce autem similia omnia: omnes congruunt.

Vnum cognoris: omnes noris. Ph. haud itaſt. De.
Hic in noxia eſt: ille ad defendendam cauſam adeſt.
Cum ille abeſt: hic præſto eſt: tradunt operas mutuas. Ge.
Probe eorum facta imprudens depinxit ſenex. De.
Nam ni hæc ita eſſent: cum illo haud ſtares Phędria. Ph.
Si eſt patrue culpam vt Antipho in ſe admiſerit.
Ex qua re minus rei foret: aut famæ temperans:
Non cauſam dico: quin quod meritus eſt ferat.
Sed ſi quis forte malitia fretus ſua
Inſidias noſtræ fecit aduleſcentiæ:
Ac vicit: noſtran ea culpa eſt: an iudicium?
Qui ſæpe propter inuidiam adimunt diuiti:
Aut propter miſericordiam addunt pauperi: Ge.
Ni noſſem cauſam crederem hunc vera loqui. De.
An quiſq; iudex eſt qui poſſit noſcere
Tua iuſta: vbi tute verbum non reſpondeas:
Ita vt ille fecit: Ph. functus aduleſcentuli eſt
Officium liberalis: poſtq; ad iudices
Ventum eſt: non potuit cogitata proloqui.
Ita eum tum timidum obſtupefecit pudor. Ge.
Laudo hunc: ſed ceſſo adire q; primum ſenem:
Here ſalue: ſaluum te aduenisſe gaudeo. De. oh
Bone cuſtos ſalue: columen vero familiæ:
Cui commendaui filium hinc abiens meum. Ge.
Iam dudum te omnis nos accuſare audio
Immerito: & me omnium horum immeritiſſimo.
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt:
Neq; teſtimonij dictio eſt. De. mitto omnia. adde

Antitheton.
Sūma cōtradictiōis. Ver.
Et crimie ab vno diſce oēs
Hic cauſam abundat.
Stares. i. faueres.
Rhetoricum theorema.

Duplex metatheſis in accuſatorem et iudices.

accuſat defenſorie filij ſegnitiem.
Tranſlatio cauſæ.

Geta Demiphonem laudat.
Ironia.
Duplex accuſatio.

Exceptio ſui in cauſa agēda.

Singula ita pferenda tanq̃ plura sint.

Istuc imprudens: timuit adulescens: sino.
Tu seruus: verum si cognata est maxime:
Non fuit necesse habere: sed id quod lex iubet
Dotem daretis: quæreret alium virum.

Præparat locum fallaciæ senis.

Qua ratione inopem potius ducebat domum: Ge.
Non ratio: verum argentum deerat. De. sumeret

Expedita responsio.

Alicunde. Ge. alicunde: nihil est dictu facilius. De.

Eclypsis.

Postremo: si nullo alio pacto: vel fœnore. Ge.
Huic dixti pulchre: siquidem quisq̃ crederet
Te viuo. De. non: non sic futurum est: non potest.
Ego ne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem:
Nihil suaue meritum est: hominem commonstrarier

Istum per cõtemptum.

Mihi istum volo: aut vbi habitet demonstrarier. Ge.
Nempe Phormionem. De. istum patronum mulieris: Ge.

Simplex est senex q̃ Phædriam mittit

Iam saxo hic aderit. De. Antipho vbi nunc est: Ph. foris. De.
Abi Phædria: eum require: atq̃ adduce huc. Ph. eo
Recta via equidem illuc. Ge. nempe ad Pamphilam. De.

Penates. i. domesticos lares.

At ego deos penatis hinc salutatam domum
Deuortar: inde ibo ad forum: atq̃ aliquot mihi

Amicos. i. aduocatos & testes.

Amicos aduocabo ad hanc rem qui adsient:
Vt ne imparatus sim cum adueniat Phormio.

In hac sequenti scæna de parasitis vilioribus poeta vitæ exemplũ ꝓponit: vt in Eunucho de potioribus assentatoribꝰ. Verũ isti præsentes acrius a Terẽtio lacerãtur. Hic Phormio sese aduersus Demiphonẽ litigaturũ instruit & animat.

Antiphonẽ abijsse q̃ritur

Additio. In hac scæna etiam præcipue laudatur Ambitionis oscitantis ac temulenti actio: ad expressionem personæ parasiticæ accõmodata.

PHORMIO. GETA.
Septenarij Iambici.

Admodum vim ãnuẽdi habet.

i Ta ne patris ais cõspectũ veritũ hĩc abisse: G. admodũ. P.
Phaniũ relictã solã: G. sic. Ph. & iratũ senẽ: Ge.

Pulchra respõdẽdi varietas.

Oppido.Ph.ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit.
Tute hoc intriſti: tibi omne eſt exedendum: accingere. Ge.
Obſecro te.Ph. ſi rogabit? Ge.in te ſpes eſt.Ph.ecce rē.
